

1309, maggio 4, Barcellona

Attestato notarile dell'accordo raggiunto tra il re d'Aragona Giacomo II ed il procuratore dei Malaspina Giovanni di Castiglione, il quale promette di farlo ratificare entro quattro mesi dai marchesi Moruello, Corradino e Franceschino Malaspina.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 371b.

Copie di registro: [R], ACA, *Cancillería*, Reg. 323, ff. 16, 2°-16v; [R¹], Reg. 342, f. 321, 1°.

Nouerint vniversi, Quod in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, cum Iohannes de Castellione prouincie Garfanyane, qui se dicebat procuratorem legitime constitutum a nobilibus viris Morouello, filio quondam nobilis Manfredi, et Francesquino, filio quondam nobilis Morouelli, et Corradino, filio quondam nobilis Opeçini, marchionibus Malespine, ad recipiendum in feudum ab illustrissimo domino Iacobo, Dei gracia rege Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, comiteque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillario, ammirato et capitaneo generali, castra Boeçe et Oçuli sita in regno siue in insula Sardinie et ad recognoscendum dictos nobiles tenere in feudum dicta castra pro dicto domino rege, et dubitaretur an dictus Iohannes haberet mandatum sufficiens ad predicta facienda, dictus Iohannes promisit prefato domino regi presenti et stipulanti quod infra quatuor menses proxime venturos predicti

nobiles marchiones, quorum est procurator, ratificabunt et approbabunt concessionem et recognitionem in feudum factam die et anno infrascriptis de dictis castris cum publico instrumento confecto per me notarium infrascriptum. Quam approbacionem et ratificacionem facient dicti nobiles sub forma infrascripta et dicto domino regi vel vicario Barchinone in eius absentia in ciuitate Barchinone infra dictos quatuor menses redactam in publicam formam miserint, alias fuit actum inter dictum dominum regem et dictum procuratorem ante ipsam concessionem et in ipsa concessione quod concessio facta in feudum de dictis castris et aliis in instrumento inde facto contentis, haberetur penitus pro infecta et nullius existeret firmitatis nec ex ea possent dicti nobiles in aliquo se iuuare nec aliquid ius esset eis adquisitum. Ad que consensuens dictus Iohannes procurator qui supra, concessit predicta omnia et singula fore uera et ea promisit attendere et complere ut superius continentur. Quod est actum Barchinone, quarto nonas madii, a. Dom. millesimo trescentesimo nono. Sig[*Signo*]num Iohannis de Castelione procuratoris predicti, qui hec laudo et firmo. Testes huius rei sunt Raimundus, Valentinus episcopus et cancellarius domini regis, nobilis Guillelmus de Angularia, nobilis Iacpertus, vicecomes Castri Noui, Gondissalbus Garcie, miles, Bernardus de Abbacia, vicecancellarius, et Petrus Marci, thesaurarius domini regis. Sig[*Signo*]num Guillelmi Lupeti, predicti domini regis scriptoris et eius regia auctoritate notarii publici, qui hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

102

1309, maggio 6, Barcellona

Lettera del re d'Aragona Giacomo II a Moruello, Franceschino e Corradino Malaspina sul buon esito della missione diplomatica di Giovanni di Castiglione, loro procuratore.

Copie di registro: [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 342, f. 320, 2°; [R¹], Reg. 323, f. 15v, 1°.

Nobilibus viris dilectis et devotis suis Morroello, Francesquino et Corradino, marchionibus Malaspine, salutem et dilectionem. Litteras vestras recepimus et tam contenta in eis quam que prudens

vir Iohannes de Castiglione, iurisperitus, quem ad nos vestro procuratorio nomine transmisistis nobis pro parte vestra exposuit, intelleximus diligenter, ex quibus cognoscimus fidem puram devocionem sinceram et promptam ac bonam voluntatem quam erga nos geritis et servicia nostra quod vobis multum regraciamur. Ad que prefato vestro nuncio et procuratori nostrum verbale reponsum dedimus, ut per ipsum poteritis informari, cui super eo potestis fidem plenariam adhibere. Datum Barchinone, II nonas madii, anno Domini M CCC nono.

Guillelmus Luppeti.

103

1309, giugno 1, Villafranca (Lunigiana)

Moruello, Franceschino e Corradino Malaspina ratificano gli accordi stipulati a Barcellona tra il re d'Aragona Giacomo II ed il loro procuratore Giovanni di Castiglione.

Originale [A], ACA, *Cancellaria, Pergaminos Jaime II*, n. 2.658, carpeta 175.

Nel *verso*: «Super vassallagio marchionum Malaspine racione castrorum Booçe et Oçuli».

Rispetto alla lingua, si riscontra l'uso quasi sistematico della *m* in luogo della *n* nei nessi *nt*, *nc*, *nf*, *nr*, *ns*.

Copie di registro: [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 323, ff. 16v, 2°-17; [R¹], Reg. 323, ff. 17v, 2°-18 [R²], Reg. 342, ff. 322, 2°-322v.

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 383a.

Anno Domini milleximo trecentesimo nono, inditione septima, die primo mensis iunii.

Noverimt universi quod com^a excellentissimus dominus Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Sardenie et Corsice comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius, amiratus et capitaneus generalis, comcessisset venerabili Iohanni de Castilione, recipiemi nomine procuratorio nostrum Moroelli, filii quondam nobilis Mamfredi, et Framceschini, filii quondam nobilis Moroelli, et Comradini, filii quondam nobilis Opecini, marchionum Malespine, in feudum honoratum castra Booçe et Oçuli, cum

publico instrumento comfecto auctoritate Guillelmi Luppeti, scriptoris dicti domini regis et eius auctoritate notarii publici, quarto nonas madii, anno Domini millesimo trecentesimo nono, tenoris cuius sequitur^b. Noverimt universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Sardenie et Corsice comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vixillarius, amiratus et capitaneus generalis, comcedimus vobis Iohanni de Castilione, provincie Gargagnane, recipiemi procuratorio nobilium virorum Moroelli, filii quondam nobilis Mamfredi, et Framceschini, filii quondam nobilis Moroelli, et Comradini quondam filii nobilis Opecini, marchionum Malaspine, in feudum honoratum secundum Usaticos Barchinone, castra vocata Buoçe et Osuli, cum villis et pertinenciis ipsorum castrorum ac terris et possessionibus suis que sumt in insula et regno Sardenie et que in presentiarum habent et possident dicti nobiles, sine omni iuris preiudicio alieni. Predicta siquidem castra vobis comcedimus in feudum, ut est dictum, cum omnibus suis pertinenciis, cum mero et mixto inperio et omni iurisdictione criminali et civili, nulla nobis appellatione reservata in eis. Et de predictis vos, dictum Iohannem, nomine quo supra, investimus. «Et ego dictus Iohannes, nomine quo supra, recipiens a vobis excellentissimo domino Iacobo, Dei gratia rege predicto, in feudum iusta Usaticos predictos Barchinone dicta castra cum omnibus supradictis, et recognoscens a vobis, nomine predictorum quorum sum procurator, ipsos nobiles tenere in feudum dicta castra cum suis iuribus et pertinenciis universis ac aliis supradictis, facio vobis omagium ore et manibus et promito et iuro ad samta Dei evangelia in animam dictorum nobilium quorum sum procurator quod ipsi erunt vobis fideles et legales sicut boni vasalli debent esse suo domino naturali, et vos et heredes vestros habebunt in eorum dominum in dictis castris et non recognoscent nec reclamabunt alium dominum in dictis castris nisi vos tantum et heredes seu successores vestros, et facient vobis pro dictis castris ea omnia et singula que vasalli tenentur facere suo domino iuxta Usaticos supradictos». Quod est actum Barchinone, in palatio dicti domini regis die et anno prefixis. Idcirco nos Moroellus, Framceschinus et Comradinus, marchiones predicti, visa et intellecta dicta comcesione per predictum dominum regem facta nomine nostro dicto procuratori et recognitione per dictum nostrum procuratorem facta et omnibus aliis contentis in instrumento inde comfecto, gratis et ex certa sciencia, non seducti nec in aliquo circumventi, laudamus,

aprobamus et ratificamus exprese dictam comsionem^c et recognitionem et omnia alia que per dictum dominum regem cum dicto procuratore nostro et per ipsum procuratorem cum dicto domino rege circa hec vel eorum aliqua acta et gesta sunt vel etiam procurata, et ea semper promittimus rata habere ac si per nos personaliter facta fuissent et numquam comtravenire aliqua ratione^d.

Actum in Villaframcha, provincie Lunexane, in ecclesia Sancti Nicolay, presentibus Iohanne Cane de Pomtremulo, Moroello Abatis et Comradino domine Cante, eiusdem loci provincie Lunexane, testibus vocatis et rogatis.

(SN) Ego Petrus de Villaframca, notarius et iudex ordinarius imperiali autoritate presems dicte laudationi, aprobationi et retificationi rogatus scribere scripssi.

^a così nel testo ^b segno di richiamo per tenoris cuius sequitur aggiunto a fine testo ^c così nel testo ^d segue tenoris cuius sequitur

104

1309, giugno 1, Villafranca (Lunigiana)

Copia della ratifica dell'accordo stipulato a Barcellona tra il re d'Aragona Giacomo II e Giovanni di Castiglione, effettuata da Moruello, Franceschino e Corradino Malaspina.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, ff. 321, 2°-321v.
Cfr. doc. 103.

Fforma ratificacionis predicte hec est.

Noverint universi quod cum excellentissimus dominus Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius, ammiratus et capitaneus generalis, concessisset venerabili Iohanni de Castilione, recipienti nomine procuratorio nostrum Marouelli, filii quondam nobilis Manfredi, et Ffrancesquini, filii quondam nobilis Morouelli, et Corradini, filii quondam nobilis Opeçini, marchionum Malespine, in feudum honoratum castra Boeçe et Oçuli, cum publico instrumento confecto auctoritate Guillelmi Luppeti, scriptoris dicti

domini // regis et eius auctoritate notarii publici, IIII^o nonas madii, anno Domini M^o CCC^o nono, tenoris qui sequitur. Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius, ammiratus et capitaneus generalis, concedimus vobis Iohanni de Castilione, provincie Garfanyane, recipienti nomine procuratorio nobilium virorum Morouelli, filii quondam nobilis Manfredi, et Francesquini, filii quondam nobilis Morouelli, et Corradini, quondam filii nobilis Opeçini, marchionum Malespine, in feudum honoratum secundum Usaticos Barchinone, castra vocata Boeçe et Oçuli, cum villis et pertinenciis ipsorum castrorum ac terris et possessionibus suis que sunt in insula et regno Sardinie et que in presentiarum habent et possident dicti nobiles, sine tamen iuris preiudicio alieni. Predicta siquidem castra vobis concedimus in feudum, ut est dictum, cum omnibus suis pertinenciis, cum mero et mixto inperio et omni iurisdiccione criminali et civili, nulla nobis appellacione reservata in eis. Et de predictis vos, dictum Iohannem, nomine quo supra, investimus. «Et ego dictus Iohannes, nomine quo supra, recipiens a vobis excellentissimo domino Iacobo, Dei gratia rege predicto, in feudum iusta Usaticos predictos Barchinone dicta castra cum omnibus supradictis, et recognoscens a vobis, nomine predictorum quorum sum procurator, ipsos nobiles tenere in feudum dicta castra cum suis iuribus et pertinenciis universis ac aliis supradictis, facio vobis omagium ore et manibus pro eisdem. Et promito et iuro ad sancta Dei evangelia in animam dictorum nobilium quorum sum procurator quod ipsi erunt vobis fideles et legales sicut boni vasalli debent esse suo domino naturali, et vos et heredes vestros habebunt in eorum dominum in dictis castris et non recognoscent nec reclamabunt alium dominum in dictis castris nisi vos tantum et heredes seu successores vestros, et facient vobis pro dictis castris ea omnia et singula que vassalli tenentur facere iuxta Usaticos supradictos». Quod est actum Barchinone, in palacio dicti domini regis, die et anno prefixis. Idcirco nos Morouellus, Francesquinus et Corradinus, marchiones predicti, visa et intellecta dicta concessione per predictum dominum regem facta nomine nostro dicto procuratori et recognitione per dictum nostrum procuratorem facta et omnibus aliis contentis in instrumento inde confecto, gratis et ex certa sciencia, non seducti nec in aliquo circumventi, laudamus, approbamus et ratificamus expresse dictam concessionem et recognitionem et omnia alia que per dictum

dominum regem cum dicto procuratore nostro et per ipsum procuratorem cum dicto domino rege circa hec vel eorum aliqua acta et gesta sunt vel etiam procurata, et ea semper promittimus rata habere ac si per nos personaliter facta fuissent et nunquam contravenire aliqua ratione.

Postea dominus rex recepit a prefatis Morrello, Franceschino et Corrandino litteram eorum sigillis sigillatam, necnon et instrumentum publicum super premissa ratificatione confectum, ut inferius tam dicte littere quam ipsius instrumenti tenores de verbo ad verbum liquide denotantur.

105

1309, giugno 3, *Marchia Malespina*

Lettera di Moruello, Franceschino e Corradino Malaspina al re d'Aragona Giacomo II, in cui esprimono la loro soddisfazione per l'accordo raggiunto, ratificandolo.

Copie di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, ff. 321v-322, 1°; [R¹], ACA, *Cancellaria*, Reg. 323, ff. 17, 2°-17v.

Cfr. doc. 104.

Fforma autem dicte littere hec est.

Probatus cum originali quod habetur.

Potentissimo atque dignissimo domino, domino eorum, domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinie, Corsice, comitique Barcellone ac Sancte Romane matris Ecclesie vexillario ammirato et capitaneo generali. // Devotissimi vassalli et fideles sui Morrellus, Franceschinus et Corradinus, marchiones Malespina, ad debite subiectionis obsequia properam et infallibilem voluntatem. Reverencia ac devocione qua decuit litteras gloriose clemencie vestre de manu domini Iohannis de Casteliono iudicis nostri receptis, intellectis eciam et auditis hiis que in nostro conspectu pro regali parte verbali prolacione prudenter per eundem relata fuere, demumque sensibus nostris adhibitis cordialiter hiis que in facto ipsius ambaxiata in aula serenitatis vestre per regalem potenciam vestram et eundem gesta fuerunt et tenaciter exequata, quas tenemus

et possumus regali potencie assurgentes, suppliciter referimus graci-
 arum uberrimas acciones, cum igitur totis nostris conatu et affec-
 tibus providerimus ac zelo arduo affectamus intendere, ad laudabi-
 lem et optanta consumacionem exequcionis gestorum. Ecce
 exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, acta et gesta prefata,
 ratificamus et approbamus atque ratificamus et approbamus in
 totum, ratificacionem et approbacionem eandem, potencie vestre
 in publicam formam sumptam per latorem presentium transmit-
 tentes, ut vobis ex ipsius tenore et manifesta forma liquebit. Cete-
 rum devotissimis et fidelibus vestris totis mandare et iniungere
 dignemini quicquid placet, paratis semper sequi vestigia vestrorum
 omnium mandatorum. In eterno Patre per tempora longiora vale-
 re et valeant vos amantes. Datum in Marchia Malespine, in mille-
 simo trecentesimo nono, indicione septima, III nonas iunii.

Sequitur forma instrumenti ratificacionis.

Probatum cum originali quod habeatur.

106

<1309 o 1310>, giugno 17, *Marchia marchionum*

Moruello, Franceschino e Corradino Malaspina accreditano presso il re d'Aragona Giacomo II il loro inviato, Bartolino, raccomandando inoltre al sovrano Federico, loro parente («natum nostrum»).

Originale [A], ACA, *Cancillería, Cartas Reales Jaime II*, n. 11.787, caja 97.

Nel verso: «Serenissimo atque invitissimo domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie Sardinieque Corsice comitique Barcillo-
 nie ac sancte Romane Ecclesie vexillario, amirato et capitaneo generali».

Edizione: V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 411a.

Serenissimo atque invitissimo domino domino Iacobo, Dei gratia
 regi Aragonum, Vallentie, Sardinie, Corsice, comitique Barcillo-
 nie ac sancte Romane Ecclesie vexillario, amirato et capitaneo
 generali. Fidellissimi sui Morroellus, Francischinus et Corradi-
 nus, marchiones Malaspine, se ipsos cum promptitudine ad pre-
 cepta paratos. Quia dignum est in loco illo ad quem corda semper
 respiciunt personaliter interesse, natiq[ue] semper die noctuq[ue]

in audiendo et intelligendo de patre et domino nova prospera et sublimia vigilare debent, nosque tamquam filii de regali excellentia vestra nova cupientes scire ut de domino et refugio singulari, providimus dilectum familiarem nostrum Bartolinum, latorem presentium, vestram regalem celsitudinem visitare. Rogantes ut possumus quod per eundem de sublimi statu et altitudine vestra reddere certiores. Semper Fredericum natum nostrum circa pedes regalis celsitudinis vestre recomendatum habentes.

Datum in Marchia marchionum, XVII iunii.

*107

<ante 1311, gennaio 12>

Corradino Malaspina scrive al re d'Aragona Giacomo II, assicurandogli la disponibilità a servirlo nell'impresa sarda e chiedendogli di avere comendatum il proprio fratello Federico.

Citato in doc. 108.

108

1311, gennaio 12, Xátiva

Il re d'Aragona Giacomo II risponde ad una lettera di Corradino Malaspina (cfr. doc. 107), ringraziando il marchese per la disponibilità a servirlo nell'impresa sarda e assicurando di avere comendatum il fratello Federico.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 416.

Iacobus, etc. Egregio viro dilecto deuoto suo Corradino, marchioni Malespine. Salutem, etc. Recepimus nouiter literam uestram per cuius tenorem plene collegimus affectionem scinceram et laudabilem, quam erga seruicia et beneplacita nostra, et specialiter erga negocium regni nostri Sardinie et Corsice, geritis et habetis, quod hactenus de uobis tenuimus et tenemus, firmiter expectantes quod uos et uestra domus exhibebitis nobis gratum seruicium temporibus opportunis. Comedantes igitur ex hiis nobilitatem uestram, eandem ad eadem excitamus, uobis proinde circa promo[tio?]nem uestram munificenciam regiam liberaliter pollicentes.

Et quia scimus uos noua suscipere gaudia quociens de nobis bonum rumore suscipitis, nobilitati uestre presentibus notum fiat, nos, tribuente Illo qui regibus dat salutem, plena corporis perfrui sanitate. Denique, affectantes de statu regni predicti Sardinie et Corsice [et de ?] rumoribus partium, quibus estis, sepius informari, vos rogamus quatenus de hiis nos quociens uobis significandi [oportuni]tas adierit, informetis. Preter hec autem Fredericum fratrem uestrum habemus, prout rogastis, sub nostra gratia []sius comendatum. Dat. Xatiue, II° idus ianuarii a. Dom. M° CCC° X°. Bernardus de Auersone, mandato regio.

*109

<ante 1312, aprile 18, Lucca>

Il Comune di Lucca scrive al re di Napoli Roberto, informandolo del fatto che i Malaspina avevano occupato illecitamente la Lunigiana con l'appoggio dell'imperatore.

Citato in doc. 110.

110

<1312>, aprile 20, Napoli

Il re di Napoli Roberto scrive al re d'Aragona Giacomo II. Tra le altre cose, riferisce di aver appreso dal Comune di Lucca che i Malaspina avevano occupato illecitamente la Lunigiana con l'appoggio dell'imperatore.

V. SALAVERT Y ROCA, *Cerdeña*, II, n. 452.

[p. 580] «Et duo dies sunt quod recepimus literas a comuni Luce, quod marchiones Malespina quamdam Lucencium contractam, dictam de Lunigiana, de nouo tractatu et fauore regis Romanorum predicti occupauerant fraudulentem, de quo satis uidebantur timere. Tamen, credimus indubie quod, si adhuc uester sic acceleraretur accessus et fauor uester eis assisteret, quod hee inuasionem non procederent ulterius in offencionem ipsorum, cum promissione eorum cum honore et amore uestri omni eorum facultate et potencia subuenirent. Tamen, statim hoc eis curabimus intimare ac eos inducere iuxta posse.».

*111

1320, gennaio 10

Sentenza «publice scripta manu ser Nicholai notarii» pronunciata da Castruccio Castracani per dirimere una disputa insorta tra Giovanni e Moruello, figli del fu Franceschino Malaspina del ramo di Mulazzo, da una parte, e Federico, Azzone e Giovanni Malaspina del ramo di Villafranca, dall'altra, riguardo a chi spettasse l'elezione del castellano di Osilo.

Citato in doc. 116.

112

1320, febbraio 6, Pisa

Inventario di tutti i beni dell'Opera di S. Maria di Pisa, la quale possiede in Sardegna, tra le altre cose, «saltum unum in terra Marchionni Malaspine quod vocatur Montes et domum unam».

B. FADDA, *Le pergamene*, n. LV, pp. 190-214, p. 213. Cfr. anche F. ARTIZZU, *L'Opera di Santa Maria di Pisa e la Sardegna*, Padova 1974, pp. 99-100; R. BROWN, *L'Opera di S. Maria di Pisa e la Sardegna nel primo Trecento*, in "Bollettino Storico Pisano", LVII (1988), pp. 157-209, p. 165.

*113

1321, gennaio 5

Castruccio Castracani è nominato tutore di Moruello Malaspina e curatore di Giovanni Malaspina, entrambi figli del fu Franceschino Malaspina di Mulazzo. Atto rogato «manu ser Nicholai quondam Lippi de Pistorio notarii».

Citato in doc. 116.

*114

1321, febbraio 24

Federico e Azzone Malaspina eleggono loro procuratore Masio del fu Nicola di Villafranca. Atto rogato «manu Conradi de Calice notarii».

Citato in doc. 116.

115

1321, febbraio 26, Lucca

Castruccio Castracani (per Moruello Malaspina), Giovanni Malaspina di Mulazzo, Giovanni Malaspina di Villafranca e Masio (per Federico e Azzone Malaspina) accettano la sentenza di Castruccio Castracani del 10 gennaio 1320 e stabiliscono di porre nel castello di Osilo, «more consueto», un castellano «comunis amicus partium (...) qui dictam rocham, fortilicia et castrum custodiat, regat, teneat et gubernet communiter pro unaquaque partium» per due anni, durante i quali nessuno dei marchesi si sarebbe dovuto recare in Sardegna, salvo che il detto castellano «recusaret dictum castrum et fortilicia resignare castellano comuni ituro pro partibus supradictis. Et hoc facto immediate regredi teneatur. Et si quis ex predictis marchionibus contrafaceret vel transierit in dictam insulam, dictus castellanus per obbedientiam et pactum bona fide et legalitate possit eique liceat et teneatur alteri parti obbedienti in predictis dictum castrum et fortilicia resignare». Se alla fine dei due anni i marchesi non fossero giunti a concordia il detto castellano sarebbe rimasto in carica fino al raggiungimento di un accordo. Castellano di Osilo viene eletto Oberto da Vernazza («de Vernaccia») e contestualmente le parti nominano quale loro comune vicario «in vicariatu de Ossula extra fortilie» Guglielmo di Remoreno. Atto rogato da Giovanni «quondam Guidi Raynerii», notaio di Lucca.

Inserto [B] in doc. 116.

116

1321, marzo 18, Lucca

Castruccio Castracani ed i Malaspina dirimono la questione relativa all'elezione del castellano di Osilo. Oberto da Vernazza giura «bene et legaliter exercere comuniter pro partibus supradictis» la predetta carica. Atto rogato da Giovanni «quondam Guidi Raynerii», notaio di Lucca.

G. SFORZA, *Castruccio Castracani degli Antelminelli in Lunigiana*, in "Atti e Memorie delle RR. Deputazioni di Storia Patria per le Provincie Modenesi e Parmensi", s. III, VI (1891), pp. 301-572, n. XXIII.
Cfr. E. GERINI, *Memorie storiche di Lunigiana*, II, pp. 38-39; ID.,

Codex documentorum illustrium ad historicam veritatem Lunexanae Provinciae, Archivio di Stato di Firenze, Ms. n° 714 (p. I, doc. LXXXVIII, p. 95), in G. SFORZA, *Saggio d'una bibliografia storica della Lunigiana*, Modena 1874, parte I, doc. LXXXVIII, p. 95; E. BRANCHI, *Storia della Lunigiana feudale*, I, p. 205; A. FERRETTO, *Codice diplomatico*, II, p. XCVI; M.N. CONTI, *Le carte anteriori*, n. 501.

117

<1317 - 1323>

Elenco degli arcivescovati e vescovati di Sardegna e Corsica, dal quale si apprende che il territorio corrispondente all'arcivescovato di Torres è sotto dominio genovese; le aree delle diocesi di Bosa, Ottana e Castra sono in mano al giudice di Arborea; quelle di Ampurias e Bisarcio a Brancaleone Doria; quella di Sorres a Saladino Doria; i Malaspina possiedono il territorio della diocesi di Ploaghe.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 341, f. 1.

Rispetto alla datazione, il documento è successivo al 1317, anno in cui Bosa venne ceduta al giudice di Arborea (cfr. doc. 578), e precedente al 1323, anno in cui iniziò la campagna di Sardegna dell'infante d'Aragona Alfonso. Nello stesso Registro 341 il foglio 1v contiene un sunto della "lezione di diritto" di Castruccio Castracani, databile tra il luglio 1324 e il luglio 1325: cfr. M. TANGHERONI, *Una lezione di diritto di Castruccio Castracani all'infante Alfonso d'Aragona e il feudalesimo secondo il mos Italie nella Sardegna aragonese*, in *Società, Istituzioni, Spiritualità. Studi in onore di Cinzio Violante*, I-II, Spoleto (PG) 1994, II, pp. 931-942. Nello stesso Registro 341 segue documentazione concernente l'infeudazione del regno di Sardegna e Corsica al re d'Aragona, datata a partire dall'anno 1303.

«Infrascripti sunt archiepiscopatus et episcopatus qui sunt in insula Sardinie et sunt XVIII.

In provincia turrilitana, que provincia vocatur Luco Doro, est archiepiscopatus turrilitanus in civitate que fuit in portu turrilitano, qui archiepiscopatus sive portus distat a Sassari per XII miliaria Ianue est.

Item episcopatus Bosa^a, qui est in terra Bosse, quique tenetur hodie per iudicem Arboree.

Item episcopatus octanensis, qui est in quadam terra que vocatur Othan, et est iudicis Arboree.

Item episcopatus castrensis, qui est in quadam terra que vocatur Castra, et est iudicis Arboree.

Item episcopatus empuriensis, qui est in quadam terra que vocatur Flumen, et est domini Branche de Auria.

Item episcopatus visarclensis, qui est in quadam terra que vocatur Visarclu, et est domini Branche de Auria et filii sui.

Item episcopatus sorranus, qui est in quodam loco qui vocatur Sorra, et est domini Saladi de Auria.

Item episcopatus plovacensis est in quadam terra que vocatur Plovache et est marchionum de Malaspina.

Item dicitur etiam in dicta provincia turrutana episcopatus brisarclensis.».

^a così nel testo per bosanus

<post 1272 - XIV secolo>

Statuti di Bosa.

Non è certa l'attribuzione ai Malaspina o ai successivi domini di Arborea¹.

Se ne fa cenno per la prima volta nel doc. 126, in cui si parla dell'arrivo di ufficiali catalano-aragonesi preposti all'amministrazione dei distretti di Bosa, Goceano e Monteacuto, i quali sarebbero stati tenuti a rispettare «omnia brevia, ordinamenta, statuta et consuetudines predictorum castrorum, civitatis, curatoriarum et villarum ut hodie observant et regunt».

Alcuni capitoli sono richiamati nella documentazione relativa ai

Parlamenti del regno di Sardegna del 1421 e del 1592-1594, e in un documento del 1579.

Del testo statutario rimangono quattro capitoli, redatti in volgare italiano, trascritti in un documento notarile da collocarsi tra gli ultimi anni del secolo XVI e i primi del XVII. Numerati dal 157 al 160, tali capitoli contengono disposizioni sulla tutela e la curatela. In particolare, il 160 si profila come un emendamento del «Breve vecchio».

[1]: *I Parlamenti di Alfonso il Magnanimo*, a cura di A. Boscolo e O. Schena, Cagliari 1993, p. 148; [2]: *I Parlamenti di Alfonso il Magnanimo*, pp. 148-149; D. QUAGLIONI, *Il Parlamento del viceré Gastone de Moncada marchese di Aytona (1592-1594)*, Cagliari 1997, pp. 501 e 692; [3]: *I Parlamenti di Alfonso il Magnanimo*, p. 151; [4]: D. QUAGLIONI, *Il Parlamento del viceré Gastone de Moncada*, pp. 491 e 678; [5]: D. QUAGLIONI, *Il Parlamento del viceré Gastone de Moncada*, pp. 491 e 678-679; [6]: C. TASCIA, *Titoli e privilegi dell'antica città di Bosa*, Cagliari-Oristano 1999, p. 49, doc. 59 (1579, luglio 23, Madrid); [7-10]: G. TODDE, *Alcuni capitoli degli statuti di Bosa*, in "Medioevo. Saggi e Rassegne", 2 (1976), pp. 21-26; [11]: D. QUAGLIONI, *Il Parlamento del viceré Gastone de Moncada*, pp. 489 e 676.

[1] *Divieto per i forestieri di vendere o comprare a Bosa merci al minuto.*

[2] *Divieto di abbattere cavalli e altre bestie in caso di sconfinamento nelle vigne e coltivazioni. Capitolo cassato da Brancaleone III Doria.*

[3] *Le machizie, «drets en guardies de condempnacions de scriptures» e altri tributi devono essere riscossi da podestà, majore de portu, notai, scrivani della corte e mostazaffo.*

[4] *Le chiavi delle porte della città sono tenute dal consigliere in capo.*

[5] *Il verguer dei consiglieri ha il compito di «correr i encantar» i diritti della città e di executar gli stessi.*

[6] *Descrizione dei confini della città.*

[7-10]

Capitulu de 157

Item ordiniamo che qualunque persona morisse senza fare testamento over que facesse testamento et non lasasse en del decto testamento tutore nen curatore a li figliuoli que di lui romanese-no la potesta di la deta cita sia tenuto di dare a li diti figlioli si sono minori di anni 14 uno tutore et si fussino minori di anni XIII li diti figloli uno curatore lo quale sia buono et suficiente et si li diti garçoni dui o trei o ver più parenti yn el qual grado coxi proximani luno come laltro la deta potesta sia tenuto di ynquirire et investigare la condicione vita et fama di loro et quel que sera di meglioro vita et più sufficiente debia dare tutore et curatore secondo que deto he di sopra a li dicti gargonni et se non havese-no le prediti gargonni nexuno parente da lato di padre di madre que fusse sufficiente sia tenuto la podesta di dare un altra persona que parra allui sufficiente et lo deto tutore over curatore parente que fusen o non siano tenuti di dari buoni et sufficienti pagatori a la deta podesta di guardare et conservare bene et lealmente li beni de li deti gargonni et jurare di fare li fatti utili de li estesi gargonni et li inutili laxare exsepto si fuseno li preditti tutori lassati de lo padre in testamento li quali non siano tenuti a dareli predicti pagatori.

Capitulo 158

Item ordinamo que tuti li tutori et curatori li quali fuseno dati ad gargonni di minori etade in testamento o ver de la podesta o parenti de li deti minori o non parenti debiano fare publico inventario per mano di notario publico di tutti li beni de li gargonni di bene et lealmente et del deto inventario debiano fare due scripture de li quali abia luna la corte et laltra lo tutore over curatore ad pena di llire XXV a la nostra camera niente di meno patiscano li deti tutori o curatori le pene indicte da la ragione comuna li quali tutori o curatori siano tenuti di render ragioni.

Capitulo 159

Item ordiniamo et estatuimo que tutori et curatori testamentari over dativi di la podesta siano tenuti et debiano fare et complire lo inventario a la pena que si contiene in e lo capitulu que dicio o parte in uno mese dal di di lo difunto over dal di que sera dato

tutore o curatore salvo que se li beni di que si debia fare inventario vallano da llire C in giu que la pena di llire C et cio si intenda di quelli beni que serano in elle nostre terre et se li deti beni ne fusseno fuora de le nostre terre et de lo deto inventario non si potesse fare infra lo deto tempo sia ad britrio dela potesta in prolongare lo tempo secondo que li parra que sia convenile.

Capitulo 160

Item Ordiniamo que niuna persona possa esser tutore daltrue ynsini in tanto que non abia anni XXV compiute et di cio correggiamo lo capitulo del breve vechio.

Fas fe yo Joan Antoni Sanna per la auctoritat de mon officii notarii publici y secretarii de la present ciutat y universitat de Bosa com los presents quatre capitols sobre escritos he copiats de ma mia propria del llibre dels capitols de la present ciutat recondits en lo arciu de la present ciutat quals he copiat verbo ad verbum substancia no muta da istant y requirent lo noble don Joan de Sena per son interes e per que fe lis sia dada y atribuy en iudici et extra inter pose lo meu solit segnal en art de notaria ut moris est.

[11] *Capitolo 164. Obbligo per il podestà e altri magistrati di rispondere del loro operato al termine del mandato.*

¹ Sui capitoli emanati per Bosa dai *domini* di Arborea successivamente al 1317 cfr. A. SODDU, F.G.R. CAMPUS, *Le curatorias di Frussia e di Planargia, dal giudicato di Torres al Parlamento di Alfonso il Magnanimo (1421): dinamiche istituzionali e processi insediativi*, in *Suni e il suo territorio*, a cura di A.M. Corda e A. Mastino, Suni (NU) 2003, pp. 139-176, p. 145 e note relative.

*119

<XIV secolo>

Capitoli di Osilo emanati dai predecessori di Giovanni Malaspina del ramo di Villafranca: «privilegia, libertates et capitula per dictum marchionem et eius predecessores eis indulta seu indultas».

Citato in doc. 440.

Cfr. doc. 347.

120

1323, maggio 21, Port Fangós

Il re d'Aragona Giacomo II scrive alle personalità più autorevoli della Sardegna, tra cui anche a Franceschino, Moruello e Corradino Malaspina, rendendo nota la nomina dell'infante d'Aragona Alfonso a comandante dell'imminente missione di conquista.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 341, ff. 134-135.

121

1323, maggio 22, Port Fangós

Bernat d'Aversó, notaio regio, dichiara all'infante d'Aragona Alfonso di aver consegnato tutti gli instrumenta relativi alle trattative per la conquista del regno di Sardegna e Corsica, tra cui quattro contenenti gli omaggi prestati dai Malaspina al re attraverso il loro procuratore per i beni che possiedono in Sardegna («instrumenta IIII super homagiis prestatibus domino regi nostro per procuratorem marchionum de Malespina pro hiis que habent in regno Sardinie»).

Originale [A], ACA, *Cancilleria*, *Cartas Reales Jaime II*, n. 7.382, caja 60.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 341, f. 138v.

122

<1323>, giugno 16, accampamento presso Palma di Sulcis

L'infante Alfonso scrive a Brancaleone e Bernabò Doria, lamentandosi delle ribellioni contro la Corona e invitandoli con forza ad obbedirgli in quanto vicario generale del re. Altrettanto viene scritto a Franceschino, Moruello e Corradino Malaspina, nonché a Saladino Doria.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 395, ff. 186v, 3°-187. Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Infans et cetera. Nobilibus et prudentibus viris Branchaleoni et Bernabe de Auria et eorum utrique dilectis fidelibus et devotis suis vel eorum procuratoribus salutem et bonam voluntatem. Significamus vobis nos de mandato et voluntate excellentissimi domini regis predicti karissimi genitoris nostri noviter cum felici et potenti stolio nostro et militum et peditum armorum multitudine conspicua per adipiscendam corporalem possessionem regni Sardinie et Cor- // sice, quod ut satis ad ipsum dominum regem et nos ex donacione sacrosancte romane ecclesie pertinere noscitur, et in quo idem dominus rex nos in generalem vicarium, presidem et prefectum constituit ad partes sulcenses regni predicti incolumes per Dei gratiam apulisse, et castra nostra infra terram predictam cum potenti fortitudine posuisse, intendentes, actore Altissimo, una cum nostro exercitu universitas regni predicti partes pro obtinenda corporali possessione eiusdem et pacis et libertatis fructus inibi proferendo ac fortiter prossequendo temerarios quos adversus dominacionem et potenciam nostram rebelles reperimus continuis gressibus visitare. Sane licet prefatus dominus rex noster genitor per suas speciales patentes litteras, quas vobis mittimus cum presenti, vos requirat et moneat vobisque, sub pena sue gracie, dicat et mandet expresse ut nos letanter et obedienter tamquam personam suam recipiendo humiliter et honorificencia debita protractando, nobis in omnibus nostrisque iusticiis et preceptis pareatis et obediatis promptis affectibus, sicut ipsi ut in dictis regiis litteris plenius videbitis contineri. Actamen, ex superhabundanti auctoritate quam fungimur vos requirimus et monemus vobisque expresse dicimus et mandamus quatenus parendo et obediendo nobis in omnibus tanquam prefati domini regis domini domini naturalis vestri generali vicario, presidi et prefecto veniatis ad nos incontinenti, parati nobis nomine quo supra obedire et facere que facere tenemini et debetis, scituri nos paratos vos ut fideles benigne recipere et tractare favoribus quod prosequi graciosis. Ac scire vos volumus quod adversus vos et alios nobis rebelles et inobedientes ac bona vestra infra dictum regnum constituta manu potenti et forti continuo procedemus. Datum in castris prope locum de Palma de Sols, XVI kalendas iulii, anno predicto.

Idem^a.

Similis littera fuit missa nobilibus Francisquino et Morroello ac Conradino, marchionibus Malespine, et eorum cuilibet vel eorum procuratoribus. Datum ut supra.

Item simiis littera fuit missa nobili Çaladino. Datum ut supra.

Idem.

^a nel documento precedente Bonanatus de Petra, mandato domini infantis

123

1323, giugno 24, accampamento presso Palma di Sulcis
L'infante Alfonso scrive ai probi homines di Sassari, lamentandosi delle ribellioni contro la Corona e invitandoli con forza ad obbedirgli in quanto vicario generale del re.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 395, f. 187v.
 Cfr. doc. 122.

*124

<ante 1323, agosto 31>
Azzone Malaspina scrive all'infante d'Aragona Alfonso in relazione al suo prossimo a Villa di Chiesa.

Citato in doc. 125.

125

1323, agosto 31, assedio di Villa di Chiesa
L'infante Alfonso scrive ad Azzone Malaspina, raccomandandogli Miquel Peris de Guasillo quale suo fiduciario in relazione al prossimo arrivo dello stesso Azzone a Villa di Chiesa.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 395, f. 228v, 1°.

Infans egregio viro^a Açoni, marchioni Malespine, salutem et dileccionis affectum. Relata per dilectum domesticum nostrum

Michelem Petri de Guasiello militem, ex credencia per vos sibi comissa, ut continebat tenor vestre littere nobis comisse, diligentius suscepimus intellectu, et ecce quod super adventu vestro vos excusatum habentem ipsum ad vos remittimus vobis pro parte nostra aliqua relaturum. Quapropter nobilitatem vestram rogamus quatenus relatibus dicti Michelis fidem indubiam adhibere. Datum in obsidione Ville Ecclesie, pridie kalendas septembris, anno Domini M CCC XX tercio.

Guillelmus Coperi, mandato domini infantis.

^a segue depennato Ugoni

126

1323, settembre 3, assedio di Villa di Chiesa, chiesa della Beata Maria di Valverde

Accordi stipulati tra il giudice di Arborea Ugone II e l'infante d'Aragona Alfonso riguardo al pignoramento dei castelli di Bosa, Goceano e Monteacuto, e relative pertinenze (città e distretto di Bosa, curatorias di Goceano e Monteacuto) per un valore di 60.000 fiorini d'oro, a garanzia di una parte insoluta dei pagamenti promessi da Ugone a Giacomo II per ottenere il vassallaggio con la Corona.

Castellani, sottocastellani e altri custodes, catalano-aragonesi, avrebbero dovuto essere inviati presso i tre castelli citati, ed al loro stipendio avrebbe dovuto provvedere il giudice fino alla soddisfazione del debito predetto. Lo stesso Ugone avrebbe dovuto nominare dei funzionari addetti alla raccolta dei vari redditi dei territori soggetti ai tre castelli, da consegnare agli ufficiali aragonesi. Viene deciso, inoltre, l'invio di podestà ed altri ufficiali, sempre aragonesi, preposti all'amministrazione dei distretti di Bosa, Goceano e Monteacuto, i quali ufficiali sarebbero stati tenuti a rispettare «omnia brevia, ordinamenta, statuta et consuetudines predictorum castrorum, civitatis, curatoriarum et villarum ut hodie observant et regunt», e non avrebbero potuto concedere grazia a eventuali criminali senza l'assenso del giudice di Arborea.

Rispetto a Bosa, il documento specifica che il giudice di Arborea ne possedeva una terza parte; in un'altra terza parte ne aveva un quarto «titulo empconis» (si allude forse alla porzione vendutagli da

Isnardo Malaspina)¹; teneva, infine, i residui tre quarti e un'altra terza parte obbligati in pegno da *Azzone Malaspina*.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 396, ff. 28-31v.

¹ Cfr. doc. 267: «ab isto Isnardo emit dominus Iudex certam partem quam habebat in Bosa».

*127

<ante 1323, settembre 4>

Azzone Malaspina scrive all'infante d'Aragona Alfonso di volerlo raggiungere a Villa di Chiesa, manifestando tuttavia timori ad attraversare le terre del giudice di Arborea.

Citato in doc. 129.

*128

<ante 1323, settembre 4>

Il giudice di Arborea scrive ad Azzone Malaspina ed ai propri ufficiali, garantendo la sicurezza del marchese per il suo eventuale transito attraverso i territori del giudicato.

Citato in doc. 129.

129

<1323>, settembre 4, assedio di Villa di Chiesa

L'infante Alfonso scrive ad Azzone Malaspina di essere ben felice di accoglierlo, secondo come richiesto dallo stesso Azzone in una lettera consegnata tramite l'abate del monastero di Salvennor. In particolare, Alfonso invita il Malaspina a non aver paura di passare attraverso le terre del giudice di Arborea.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 395, f. 230, 2°.

Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Infans Alfonsus et cetera. Egregio viro Ugoni^a Açoni, marchioni Malespine, dilecto devoto nostro salutem et bonam voluntatem. Discretus et religiosus pater abbas de Salvenero nobis per vos destinatus cum littera credencie nobis retulit qualiter vos nostram presenciam appetere affectatis, et circa hoc voluntatem [...^b] et devocionis sinceritatem quam ad dominium serenissimi domini regis genitoris nostri karissimi et nostrum geritis serius explicavit, quequidem nostro beneplacito [...^c] proculdubio advenrunt. Propterquod nobilitati vestre tenore presentium respondendo significamus quod placet nobis non modicum, immo poscius nobilitatem eandem rogamus quatenus incontinenti visis presentibus ad nostram presenciam veniatis nec dubitetis vel dubitare decet propter gentes egregii iudicis Arboree dilecti et fidelis nostri, quin per terras suas et loca libere transeat. Nos enim voluntatem dicti iudicis super hoc indagavimus et utique ipse suas litteras vobis et officialibus ac subdictis eius dirigit super isto, quas quidem litteras vobis mittimus presentibus alligatas. Ceterum quia super iamdictis memoratum abbatem latius informamus potestis ipsius relatibus fidem indubiam adhibere. Datum in obsidione Ville^d, pridie nonas septembris, anno predicto.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

^a così nel testo ^b 5 lettere circa con segno di abbreviazione superiore ^c 2 lettere circa con segno di abbreviazione superiore ^d così nel testo per Ville Ecclesiarum

130

1323, settembre 25, Villa di Chiesa

Lettera dell'infante Alfonso al padre in cui riferisce, tra le altre cose, dei tre castelli consegnatigli dal giudice di Arborea; tra questi quello di Bosa, che viene affidato da Alfonso a Pere Ortis de Pisa.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 341, f. 164.

*131

<ante 1324, giugno 3>

Azzone Malaspina scrive all'infante Alfonso riguardo a non meglio precisate questioni insorte tra la gente del marchese da una parte ed il podestà e i cittadini di Sassari dall'altra.

Citato in doc. 132.

132

1324, giugno 3, assedio di Castell de Càller

L'infante Alfonso risponde ad Azzone Malaspina, informandolo che, riguardo a non meglio precisate questioni insorte tra la gente del marchese da una parte, ed il podestà e i cittadini di Sassari, dall'altra, avrebbe cercato di appurare le responsabilità dei suoi, invitandolo a fare altrettanto per evitare clamori.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 397, f. 189, 2°.

Infans Alfonsus et cetera. Nobili et dilecto viro Açoni, marchioni Malespine, salutem et dileccionem. Recepimus litteram vestram et intellectis contentis in ea scire vos volumus quod ante receptionem littere vestre predictae iam intellexeramus querelam quam potestas et cives nostri Sasserii habent de gente vestra propter causam in vestra littera expressata. Unde vobis repondemus quod si nostri cives de Sasso sunt culpabiles in predictis, constat vobis quod nos ipsos inde puniemus et emendam dampna passis fieri faciemus. Et si vos idem de vestris feceritis facietis quod debetis et cessabit scandalum quod posset faciliter inde moneri. Datum in obsidione Castri Callari, tercio nonas iunii, anno Domini millesimo CCC XX IIII.

Guillelmus de Muntada, mandato domini [...] facto per Guillelmum Oulomarii.

133

<1324>, dicembre 30, Castello di Bonaria

Berenguer Carròs, governatore generale del regno di Sardegna, scrive al re d'Aragona Giacomo II, riferendo dello scontro avuto

con Federico Malaspina, capo di tutti i rivoltosi di Sassari. Carròs aveva chiesto al Malaspina che gli venisse fatto omaggio nel nome del re e dell'infante Alfonso, ma Federico aveva risposto che già suo fratello aveva prestato giuramento di fedeltà all'Infante a Villa di Chiesa, mentre lui e gli altri fratelli ne avevano risposto all'allora governatore Filippo di Saluzzo. Carròs aveva preteso che gli venisse prestato ugualmente omaggio, negando di conoscere i predetti giuramenti di fedeltà. Ma Federico aveva risposto che avrebbe prestato omaggio solo se gli fosse stata restituita Bosa, proclamando inoltre la propria fedeltà all'imperatore. A ciò il Carròs aveva ribattuto che l'imperatore non aveva niente a che fare col regno di Sardegna e Corsica, ottenendo come replica che ancora meno diritti avevano Giacomo II e l'Infante sulle terre dei Malaspina.

Carròs aveva ricordato allora che il regno di Sardegna e Corsica era stato dato in feudo e confermato ai Catalano-Aragonesi dal papa. Ma Federico aveva affermato di non credere né al papa né alla Chiesa, se non meno che a un cane (sic!), «que abans fo son linatge que no l'Eglesya ni.l papa», ma di credere solo in Dio.

A quel punto Carròs aveva fatto prigioniero Federico Malaspina ed effettuato razzie nelle terre del marchese, affidando il prigioniero a Ramon de Sentmenat, podestà di Sassari. A questi fu disposto «que.l degués bén ferrar e part aquels ferres que ell tenia que yo li avia mesos que li degués metre una cadena», giacché il prigioniero valeva «100 teste» («que si C testes aria més lo valria que totes les agues perdedes que si un estain li venia d'aquell hom»). Berenguer Carròs era andato quindi per le terre del marchese Malaspina a ricevere l'omaggio dalle genti dei villaggi (più di venti).

Ita quod in predictis et circa et dependentibus ab eis vel quolibet eorum dicti syndici et procuratores, liberam habeant administrationem et generale mandatum et etiam si casus esset in qua secundum iura, mandatum exigeretur speciale, ipsi vel maior pars ipsorum, promittentes predicti domini marchiones, prior, anciani et consilarii terre Sassari nomine et vice totius universitatis et hominum dicti loci habere et tenere, perpetuis temporibus, rata et firma et incorrupta omnia et singula qua per predictos syndicos et procuratores seu ambaxiatores vel maiorem partem ipsorum fuerint gesta, facta, procurata et firmata in promissis et circa promissa et quolibet ipsorum et dependentibus ab eis vel eorum aliquo sub ypothecam et obligacionem bonorum omnium predictorum dominorum marchionum et Comunis seu universitatis Sassari et cuiuslibet persone singularibus habitatorum et habendorum.

Actum Sassari sub logia Comunis in qua consilia reguntur. Philippus, Johannes de Roberto quondam Gantino de Roberto, Gantino de Alexandria, notario, Petro Murtas et Gantino de Marogno presentes ad hoc vocatis et rogatis.

Sig+num. Ego Johannes filius Jacobi marescalci regali, notarius et scriba Curie Sassari hec omnia prout inveni in cartulario consiliorum dicte terre Sassari. Scripto mano Augustini de Nula notarii, scribe Curie predictae, ita fideliter exercissi et in publicam formam reddegi.

169

1326, giugno 11, *Osculo (Lunigiana)*

Azzone e Giovanni Malaspina nominano il loro fratello Federico plenipotenziario per risolvere ogni contenzioso riguardante i diritti su Bosa e le curatorias di Planargia e Costavalle.

Sindicatum marchionum.

In Christi nomine. Amen.

Anno a nativitate eiusdem MCCC°XX° sexto, indiccione IX, die undecima mensis junii.

D. Azzo et Johannes marchiones Malaspine fratres et filii quondam domini Oppetini et quilibet eorum insolide.

Ita quod non sit melior condicio occupantis fecerunt, constituerunt et ordinaverunt D. Fredericum marchionem Malaspine eorum fratrem et filium quondam D. Opetini, ibidem presentem et infrascriptum mandatum sponte suscipientem eorum el cuiuslibet eorum insolide supra actorem, factorem el procuratorem generaliter ad omnia eorum et singula et cuiuslibet eorum negotia gerenda, tractanda et facienda tam videlicet; ad vendendum et alienandum omnia bona eorum et cuiuslibet eorum, castra, burgos, villas, domos, terras cultas et incultas, tam in toto quam in parte ad suam voluntatem, jura et acciones reales et personales, mixtas et ypothecarias, utiles et directas qua et quas habent et eis competunt in Bosa insule Sardinie, et curatoriiis de Costa de Vallos et Planargia et earum et cuiuslibet earum pertinenciis tam in afflictis, decimis, redditibus, perventibus, portibus, vassallis, villanis et servis pro aliis quibuscumque quovis nomine censeantur cuicumque persone, collegio et universitati et quibuscumque voluerit pro alia quecumque bona, castra, jurisdictiones, jura et acciones ut supra, qua et quas habent, tenent et possident in insula Sardinie pro eo precio et preciis quibus voluerit et ipsum precium et precia de quibus cum emptore seu emptoribus fuerit in concordia recipiendum et confirendum se recepisse, et ad clamandum se pro eis et eorum nomine quietum et sibi solutum de omni eo et toto quod receperit et confessus fuerit recepisse finem et refutationem de ulterius non petendo in perpetuum faciendum quietacionem, liberacionem et absolucionem et alium et alios sibi pro eis et quolibet eorum debitore constituendum et ad recipiendum in gratiam et feudum et juri feudi pro eis et eorum et cuiuslibet eorum nomine terras, villas, burgos, castra, domos, homines, jurisdictiones, jura, acciones et bona quolibet quovis nomine censeantur quam sibi pro eis et quolibet eorum concederentur tam a D. R. Arag. D. Inf. eius filio eiusque officialibus pro aliis quibuscumque dominis, baronibus et personis nobiles et ignobiles collegio et universitate tamen videlicet que sunt vel fuerunt eorum et cuiuslibet eorum terre, ville, castra, burgi,

domus, jurisdictiones, homines, jura et actiones et bona quolibet que sunt vel fuerint alterius cuiusque persone; regis, comitis, baronis, hominis, universitatis, populi et ceteris. Et ad jurandum pro eis et eorum nomine et quolibet eorum faciendum, promittendum et prestandum puram et veram fidelitatem, homagium et alia quacumque voluerit et sibi propterea utilia et necessaria videbuntur, prestanda et facienda tam ipsis D. Regi et Inf. sive ipsorum officialibus recipientibus pro eis quam aliis quibuscumque personis quibus voluerit quandocumque voluerit. Et tam videlicet de hiis et pro hiis feudis, terris, villis et castris, burgis, domibus, jurisdictionibus, hominibus, juribus, accionibus et bonis omnibus quos, quas et que nunc habent vel habuerunt in Sardinia ubicumque quamquam de novo concederetur per personam quamlibet quovis nomine, ordine seu dignitate censeatur ad suam omnimodam voluntatem. Et ad treugam et pacem omnimodam, veram, puram et plenam faciendum et promittendum facere et fieri facere et observare cuiusque et quibuscumque personis quovis nomine censeantur quibus et cum quibus voluerit et sibi placuerit et visum fuerit fore necesse finem et remissionem faciendum de omnibus et singulis injuriis et defensionibus tam realibus quam personalibus factis et illatis eis et in eos et adversus eos et quoslibet eorum quocumque modo seu nomine ab hinc vero ad suam liberam voluntatem et ad faciendum et fieri faciendum et recipiendum tam super predictis omnibus et singulis predictorum quam aliis quibuscumque, quacumque publica sollempnia instrumenta solempnesque contractus cuiuscumque generis et condicionis existant et sibi placuerint vallata et vallatos hinc inde per singula capitula instrumentis seu contractus cuiuscumque generis existant quibuscumque provisionibus, pactis, obligationibus, bonorum dictorum D. Azzonis et Johannis et aliorum omnium quorumcumque ut supra penarum adjectionibus et renunciacionibus opportunis, ad voluntatem liberam ipsius D. Frederici et in laude sapientium contrahentium cum eo etiam si mandatum exegerint speciale.

Et generaliter omnia et singula vox et cuiuslibet eorum negocia gerenda, tractanda et facienda et quod verus et legitimus et generalis procurator facere debet et potest et sibi utilia et necessaria videbuntur quomodolibet etiam si mandatum exigerent speciale singulariter singula et universaliter et generaliter universa et quod ipsimet facere possent si presentes adessent.

Dantes et concedentes dicti D. Azzo et Johannes et quilibet eorum insolidum ut supra ipsi D. Frederico eorum procuratori in predictis et circa quolibet predictorum plenum, liberum, speciale et generale mandatum cum plena et libera, speciali et generali administracione.

Necnon promittentes dicti D. Açço et Johannes ipsi D. Frederico et mihi Nicholao, notario suscripto, tamquam publice persone stipulanti et recipienti ex officio publico vice et nomine omnium quorum interest vel interesse posset, se firmum et ratum atque gratum sine deformatione qualibet perpetuo habituros totum et quicquid factum fuerit seu gestum per ipsum D. Fredericum eorum procuratorem in predictis et circa quolibet predictorum sub ypotheca et obligacione omnium suorum et cuiuslibet eorum bonorum presentium et venturorum. Ceterum plura instrumenta ex hiis et hoc contractum unius eiusdemque tenoris fieri rogaverunt. (Sig+num).

Actum in burgo terramagnese de Osculo in domo Chiareta de Mulatio Lin. dioc.; presentibus Morrucio quondam domini Iacopucii de Villa, Petro notario filio Gandulfini de Villafranca, et Maxio quondam Nicholay eiusdem loci omnibus Lun. dioc. et allis pluris testibus ad hec rogatis et vocatis (Sig+num).

Et ego Nicholaus quondam Comitibus de Villa Notana notarius et iudex ordinarius, et D. Mandino quondam D. Orlandi de Advocatis de Lucca, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi (Sig+num).

170

1326, giugno 13, Sassari

Aliprandino Palas, Bartolo Catoni, Gomita de Via, Azzone e Giovanni Malaspina scrivono a Bernat de Boixadors e Felip de Boyl, accreditando presso di loro i quattro procuratori nominati per stipulare l'accordo di pace, ovvero Federico Malaspina, Bernardo vescovo di Bisarcio, Pietro vescovo di Ploaghe e Torchitorio Puliche.

Inserto [B] in doc. 175.

Rispetto alla datazione, si noti che Arribas Palau nel regesto a p. 431 data il documento al 14 giugno.

Magnificis et potentibus viris dominis D. Bernardo de Boxadors, honore ammirato, et D. Philipo Boyl, honore capitaneo castris et

ville Bonaeris et tocius regni Callari ac etiam gubernatori cathalanorum et aragonensium pro Ser. D. D. Alfonso Inf., Ill. D. D. Jacobi Dei gracia Arag. Val. Sard. et Cors. Regis eiusque generali procuratore ac comite Urgelli. Azço et Johannes marchiones Malaspina, Aliprandinus Palas, Bartholus Catone et Gomita de Via, rectores terre Sassari duodecim, constituti super negociis omnibus dicte terre nec non Anciani cenalium et Universitas terre eiusdem omnimodam reverenciam tam debitam quam devotam. Pro multis et arduis negociis reformationem fidelitatis et devotio- nis predictorum dominorum nostrorum D. R. et D. Inf. diu et sollicite visitatam contingentibus desiderantes ad optatum de ea ad bonum finem dominacione deliberavimus ad Magn. V. presencialiter destinare magnificum et potentem virum D. Fredericum marchionem Malaspine, venerabiles patres D. D. Bernardum, Dei gracia Gisarchensem et D. Petrum, eadem gracia Plovascensem episcopos et discretum virum D. Dorgotorium Pulichem, nostros ambaxatores, procuratores et syndicos et nostrarum intencionem plenarie informatos.

Quare Pot. V. humiliter supplicamus quare vobis placeat, dignemini et velitis dictis nostris ambaxatoribus, procuratoribus et sindicis super hiis que coram Mag. V. ex nostra parte duxerint exponendum, credere tamquam nobis fidemque credulam adhibentes.

Datum Sassari die XIII mensis junii M^oCCCXXVII^o nona indicione.

171

1326, giugno 18, Barcellona

Il re Giacomo II scrive al papa sull'andamento della conquista del regnum Sardinie et Corsice e sulle trattative di pace con Pisa. Tra le altre cose, accenna all'intenzione dei Malaspina e dei Sassaresi ribelli di tornare all'obbedienza del re, avendo deciso l'invio di nunzi presso il giudice di Arborea e gli ufficiali aragonesi.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 342, f. 315v, 1^o.

Domino Pape.

Ad noticiam beatitudinis vestre deferimus per presentes quod hodie, XVIII die presentis mensis iunii, recepimus litteras ab ammirato nostro et a gubernatore generali nostro insule Sardinie in quibus significarunt nobis quod ambaxatores comunis Pisarum, qui nuper cum quibusdam ambaxatoribus nostris, quos simul cum eis in quandam galeam nostram ad partes Sardinie misimus, ad Castrum Callari accesserunt pro tradendo nomine nostro Castro ipso iamdictis ammirato et gubernatori nostris, ex forma pacis nuper firmate inter nos et inclitum infantem Alfonso et cetera, ex parte una, et eosdem ambaxatores ac alios comunis predicti, ex altera, tradiderunt possessionem plenariam Castri Callari supradicti nostris officialis memoratis die lunis, videlicet V idus presentis mensis iunii, ipsumque Castrum iamdicti officiales nostri munierunt et stabilierunt ac tenent potenter. Quocirca que decet sanctitatem vestram, contingentibus notabiliter nobis specialiter in Sardinie et Corsice regno, quod pro vobis et Sancta Romana Ecclesia tenemus in feudum per nos seriosus informari et tenemus potestatem ipsam in nostris prosperitatibus iocumdari beatitudini vestre premissa ad gaudium curavimus intimanda. Addentes quod nostri officiales predicti certificarunt nos quod, incontinenti reddito eis Castro predicto, marchiones de Malespina et sassarenses, qui nobis sunt ut novit sciencia nostra rebelles, scripserunt egregio viro fideli nostro iudici Arboree quod cupientes ad nostram devocionem redire rogabant ipsum, ut de hiis consulere quid super hoc per eos foret agendum. Quibus dato reponso per iudicem supradictum quod consulebat eis, ut pure et absolute se nostris beneplacitis coabtarent, ordinarunt nuncios suos sollempnes mittere ad iudicem et officiales nostros predictos pro tractanda et perficienda concordia supradicta. Nichilominus, cum officiales nostri ipsi sive nobis intimarunt parant se cum comitiva potenti que iam est in Sardinia et cum alia retenti quam eis hiis diebus misimus procedere contra rebelles predictos fortiter sive decet et speramus in Domino quod per viam concordie quam preoptamus aut per modum processus predicti qui contra eos paratur nostrum de eis consequitur intentum. Altissimus personam vestram preigne pre electam ad sua sancta servicia conservare dignetur incolumem plenis annis. Datum Barchinone, XIII kalendas iulii, anno Domini MCCC XX VI.

Bernardus de Podio, mandato regio facto per Guillelmum Oulomarii consiliarium.

172

<1326>, giugno 21, Castell de Càller

Lettera di Bernat de Boixadors e Felip de Boyl al re Giacomo II. Tra le altre cose, si fa riferimento al fatto che il giudice di Arborea aveva comunicato di aver ricevuto una lettera dei Sassaresi e dei Malaspina attestante la loro volontà di giungere ad un accordo con i Catalano-Aragonesi.

M.E. CADEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 299, nota 158.

173

<1326>, giugno 22, Castello di Bonaria

Lettera del vescovo di Huesca e di Berenguer de Sancto Vicencio al re Giacomo II. Tra le altre cose, si fa riferimento alle trattative in corso tra i Sassaresi e i Malaspina, da una parte, e Bernat de Boixadors e Felip de Boyl, dall'altra.

M.E. CADEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 299, nota 158.

174

<1326>, giugno 22, Castell de Càller

Bernat de Boixadors e Felip de Boyl scrivono al re Giacomo II, al quale riferiscono dei contatti stabiliti con i Sassaresi e i Malaspina e dell'intenzione da parte di questi ultimi di inviare a Cagliari una legazione composta da Federico Malaspina, due vescovi e alcuni borghesi di Sassari.

M.E. CADEDDU, *Giacomo II d'Aragona*, p. 299, nota 158.

175

1326, giugno 28, Castello di Bonaria

Pace stipulata tra Bernat de Boixadors e Felip de Boyl, da una parte, ed i rappresentanti dei Malaspina e di Sassari, dall'altra. Riguardo

ai Malaspina, i marchesi avrebbero dovuto consegnare il castello di Osilo ad un cavaliere aragonese o catalano; il castellano sarebbe dovuto essere scelto dagli ufficiali regi oppure tra quattro proposti da Federico Malaspina; il castello di Osilo sarebbe dovuto essere consegnato, senza danni, entro un anno dal momento della nomina del castellano, il quale non si sarebbe dovuto intromettere in affari «extra dictum castrum»; i Malaspina avrebbero dovuto rendersi vassalli del re per il detto castello e territori pertinenti; revocate tutte le concessioni di territori precedentemente fatte in favore di catalano-aragonesi, i marchesi avrebbero potuto esercitarvi il mero e misto imperio, secondo il mos Italiae e l'uso del regno di Sardegna, prestando per tre mesi all'anno, a proprie spese, in qualunque momento richiesti a farlo, un servizio di 20 cavalieri; i marchesi e i Sassaresi avrebbero dovuto liberare tutti i prigionieri e altrettanto avrebbero dovuto fare gli ufficiali regi.

A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, Appendice, doc. LIII.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Noverint universi quod cum tempore precedente in civitate Sassari rumoar et avalot factus fuisset adversus venerabilem Raymundum de Sancto Minato, quondam, existentem potestatem dicte civitatis pro excellentissimo domino infante Alfonso, Ser. D. R. Aragonum primogenito ac generale procuratore ac comiti Urgelli, et adversus familiam suam et soldados, milites et alios quos ibi tenebat dictus Raymundus et in dicto conflictu seu rumori tota Universitas dicte civitatis et homines eiusdem tamquam rebelles et inobedientes inruissent contra predictos R. de Sancto Minato et alios de familia sua in tantum quod dictus Raymundus fuit inventus, vulneratus, avergatus et interfactus cum aliquibus militibus ac peditibus qui com eo erant et res, equi et omnia que ibi habebant in maxima summa et quantitate dicto Raymundo et militibus ac soldatis predictis fuissent in dicta brica seu rumore ablate, capte et retente per dictam Universitatem et aliquos singulares ex eisdem, et propterea guerrarum discrimina exorta fuerunt inter Exc. Princ. D. Jacobum Dei gratia. R. Arag. et Incl. D. infantem Alfonso, eius primogenitum ex parte una et dictos Sassareses ac subsequentes nobiles Fredericum, Azconem et Johannem, marchiones de Malaspina, fratres, ex altera.

Quod quidem guerrarum discrimina aliquo tempore perdurasent posteaque dicti nobiles marchiones et Sassareses affectantes venire ad misericordiam et mercedem cum dictis D. R. et D. Inf. Alfonso, misserint ambaxatores suos, videlicet: dictum nobilem Fredericum de Malaspina et reverendos patres in Christo; Berardum. Gisarchensem et Petrum Plovascensem episcopos et discretum virum Dorgotorium Pulibe; dictorum marchionum et Universitatis Sassari predictae legitimos syndicos, procuratores et nuncios speciales ad petendum et obtinendum veniam, remissionem et gratiam de predictis, qui adierunt presentiam nobilium Bernardi de Boxadors, dicti D. R. ammirati, et Philippi de Boyd, capitanei guerre tocius regni Sardinie ac gubernatoris cathalanorum et aragonensium, reformationumque et ordinatorum eiusdem regni, petentes et postulantes misericorditer veniam et gratiam ab eisdem ac coram ipsis ostenderunt litteram credentie et posteram syndicum suorum quod sequitur:

Magnificis et potentibus viris dominis D. Bernardo de Boxadors, honore ammirato, et D. Philipo Boyd, honore capitaneo castris et ville Bonaeris et tocius regni Callari ac etiam gubernatori cathalanorum et aragonensium pro Ser. D. D. Alfonso Inf., Ill. D. D. Jacobi Dei gracia Arag. Val. Sard. et Cors. Regis eiusque generali procuratore ac comite Urgelli. Azço et Johannes marchiones Malaspina, Aliprandinus Palas, Bartholus Catone et Gomita de Via, rectores terre Sassari duodecim, constituti super negociis omnibus dicte terre nec non Anciani cenalium et Universitas terre eiusdem omnimodam reverenciam tam debitam quam devotam. Pro multis et arduis negociis reformationem fidelitatis et devotio-nis predictorum dominorum nostrorum D. R. et D. Inf. diu et sollicitate visitatam contingentibus desiderantes ad optatum de ea ad bonum finem dominatione deliberavimus ad Magn. V. presencialiter destinare magnificum et potentem virum D. Fredericum marchionem Malaspine, venerabiles patres D. D. Bernardum, Dei gracia Gisarchensem et D. Petrum, eadem gracia Plovascensem episcopos et discretum virum D. Dorgotorium Pulichem, nostros ambaxatores, procuratores et syndicos et nostrarum intencionem plenarie informatos.

Quare Pot. V. humiliter supplicamus quare vobis placeat, dignemini et velit dictis nostris ambaxatoribus, procuratoribus et syndicis super hiis que coram Mag. V. ex nostra parte duxerint exponendum, credere tamquam nobis fidemque credulam adhibentes.

Datum Sassari die XIII mensis junii M^oCCCXXVII^o nona indicione.

In nomine Domini. Amen. Anno eius ab incarnatione, MCCCXXVII^o indicione nona, die X junii.

Apareat omnibus evidenter quod congregato consilio Maiori terre Sassari, campane sonitu voce, pro comunis more solito sub logia comunis ubi consilia Regi consueverunt, de mandato nobilium et discretorum virorum D. Aliprandini Palas, Bartholi Catonis et Gomiti de Via, honore Rectorum terre Sassari, existentibus in ipso consilio magnificis et potentibus viris Frederico, Azcone et Johanne marchionibus Malaspine, expositum fuit in dicto consilio per dompnum Hantiquistum Paiti, priorem Ancianorum, si placet dictis dominis marchionibus et consilio facere syndicos et procuratores et quos et quanto pro multis arduis et magnis negociis quos dicti domini marchiones et Universitas Sassari facere habent ad presens et specialiter occasione eundi et comparendi nomine et vice predictorum dominorum marchionum et Universitatis predicte, coram nobilibus et potentibus viris D. D. Bernardo de Boxadors, honore ammirato, et D. Philipo Boyl, honore capitaneo generali in Sardinia guerre, ville et castri Bonaeris et tocius regni Callari ac etiam gubernatore cathalanorum et aragonensium pro Ser. D. Alfonso Inf. Ill. D. D. Jacobi. Dei gracia R. Arag. Val. Sar. et Cors., primogenito, eiusque generale procuratore ac comite Urgelli, aut coram quorumcumque alio predicti domini enim Inf. Vicesgerente, in quo quidem consilio per dictos dominos marchiones et totum Maius Consilium nemine discrepante fuit deliberatum quod ad presens fiant et ordinentur quatuor syndici procuratores et nuncii speciales atque ambaxiatores cum tota baylia et potestate dictorum dominorum marchionum et Universitatis predicte.

Idcirco predicti D. Azzo et Johannes, D. Hentiquitus Paiti predictus prior Ancianorum ibidem etiam et presentes Anciani et Consiliarii omnes sicuti ibidem existentes, quorum nomina scripta sunt in libro consiliorum, omnes de plena et plena concordia nemine discordante, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt nomine et vice dictorum D. marchionum et Universitatis Sassari, Magn. et Pot. virum D. Fredericum marchionem predictum et venerabiles patres et D. D. Bernardum Gisachlensem et D. Petrum Plovascensem episcopos et discretum virum D. Dorgotarium Pulibem presentes et mandatum sponte suscipientes predic-

torum D. marchionum et cuiusque eorum et omnium dicti consilii ac totius Universitatis Sassari generales syndicos, procuratores et ambaxiatores ad presentandum se ipsi vel maior pars, eorum nomine et vice predictorum D. marchionum et Universitatis Sassari predictae, coram supradictis nobilibus D. D. Bernardo de Boxadors ammirato et D. Philipo Boyl capitaneo et eorum quolibet aut coram quocumque alio supradicti D. Inf. vices gerente.

Et ad petendum et recipiendum a predictis nobilibus ammirato et capitaneo vel alio vices gerente dicti D. Inf. nomine et vice dictorum D. marchionum et Universitatis predictae, generalem remissionem de offensione commissa, si offensa dici possit, eo modo et forma quam eis videbitur et ad reformationem fidelitatis et devotionis predicti D. Inf. nomine quo supra petenda et recipienda et ad confirmationem privilegiorum supradictorum D. D. Regis et D. Inf., pretendum et recipiendum in hiis articulis et eo modo et forma quibus eis vel maiori parti ipsorum videbitur.

Et ad homagium et fidelitatis sacramentum, ore et manibus faciendum in animas et super animas predictorum D. marchionum et singulorum hominum terre Sassari, et modo et forma quem dictis nobilibus D. D. Bemardo ammirato et D. Philipo capitaneo, vel alio quocumque vicesgerente supradicti D. Inf. placuerit, et dictis sindicis et procuratoribus vel maiori parti ipsorum videbitur.

Et id faciendum, tractandum, procurandum ac recipiendum omnia qua necessaria occurrerint et quod dicti D. marchiones et Universitas Sassari facere possent presentes, existentes et ad promittendum nomine et vice dictorum dominorum marchionum et universitatis Sassari perpetualem obedienciam predictorum D. Regis et D. Inf.

Et ad recipiendum nominibus supradictis, gracias, libertates, franquitates litterasque gratiam et justiciam continentes impetrandum et ad obligandum dictos dominos marchiones, universitatem et homines de Sassaro et bona eorum in omnibus et singulis supradictis et emergentibus sive dependentibus ab eis vel quolibet eorum eo modo et forma quibus eis vel maiori parti eorum indubiter et generaliter ad faciendum, procurandum, comprehendendum omnia et singula supradicta et qua circa ea et quolibet eorum necessaria occurrerint.

Ita quod in predictis et circa et dependentibus ab eis vel quolibet

eorum dicti syndici et procuratores, liberam habeant administrationem et generale mandatum et etiam si casus esset in qua secundum jura, mandatum exigeretur speciale, ipsi vel maior pars ipsorum, promittentes predicti domini marchiones, prior, anciani et consiliarii terre Sassari nomine et vice totius universitatis et hominum dicti loci habere et tenere, perpetuis temporibus, rata et firma et incorrupta omnia et singula qua per predictos syndicos et procuratores seu ambaxiatores vel maiorem partem ipsorum fuerint gesta, facta, procurata et firmata in promissis et circa promissa et quolibet ipsorum et dependentibus ab eis vel eorum aliquo sub ypothecam et obligationem bonorum omnium predictorum dominorum marchionum et Comunis seu universitatis Sassari et cuiuslibet persone singularibus habitatorum et habendorum.

Actum Sassari sub logia Comunis in qua consilia reguntur. Philippus, Johannes de Roberto quondam Gantino de Roberto, Gantino de Alexandria, notario, Petro Murtas et Gantino de Marogno presentes ad hoc vocatis et rogatis.

Sig+num. Ego Johannes filius Jacobi marescalci regali, notarius et scriba Curie Sassari hec omnia prout inveni in cartulario consiliorum dicte terre Sassari. Scripto mano Augustini de Nula notarii, scribe Curie predictae, ita fideliter exercissi et in publicam formam reddegi.

Sindicatum marchionum.

In Christi nomine. Amen.

Anno a nativitate eiusdem MCCC°XX° sexto, indiccione IX, die undecima mensis junii.

D. Azzo et Johannes marchiones Malaspine fratres et filii quondam domini Oppetini et quilibet eorum insolide.

Ita quod non sit melior condicio occupantis fecerunt, constituerunt et ordinauerunt D. Fredericum marchionem Malaspine eorum fratrem et filium quondam D. Opetini, ibidem presentem et infrascriptum mandatum sponte suscipientem eorum el cuiuslibet eorum insolide supra actorem, factorem el procuratorem generaliter ad omnia eorum et singula et cuiuslibet eorum negocia gerenda, tractanda et facienda tam videlicet; ad vendendum et alienandum omnia bona eorum et cuiuslibet eorum, castra, burgos, villas, domos, terras cultas et incultas, tam in toto quam in parte ad suam voluntatem, jura et acciones reales et personales, mixtas et ypothecarias, utiles et directas qua et quas habent et eis

competunt in Bosa insule Sardinie, et curatoriiis de Costa de Vallos et Planargia et earum et cuiuslibet earum pertinenciis tam in afflictis, decimis, redditibus, perventibus, portibus, vassallis, villanis et servis pro aliis quibuscumque quovis nomine censeantur cuicumque persone, collegio et universitati et quibuscumque voluerit pro alia quecumque bona, castra, iurisdicciones, jura et actiones ut supra, qua et quas habent, tenent et possident in insula Sardinie pro eo precio et preciiis quibus voluerit et ipsum precium et precia de quibus cum emptore seu emptoribus fuerit in concordia recipiendum et confirendum se recepisse, et ad clamandum se pro eis et eorum nomine quietum et sibi solum de omni eo et toto quod receperit et confessus fuerit recepisse finem et refutationem de ulterius non petendo in perpetuum faciendum quietacionem, liberacionem et absolucionem et alium et alios sibi pro eis et quolibet eorum debitore constituendum et ad recipiendum in gratiam et feudum et juri feudi pro eis et eorum et cuiuslibet eorum nomine terras, villas, burgos, castra, domos, homines, iurisdicciones, jura, acciones et bona quolibet quovis nomine censeantur quam sibi pro eis et quolibet eorum concederentur tam a D. R. Arag. D. Inf. eius filio eiusque officialibus pro aliis quibuscumque dominis, baronibus et personis nobiles et ignobiles collegio et universitate tamen videlicet que sunt vel fuerunt eorum et cuiuslibet eorum terre, ville, castra, burgi, domus, iurisdicciones, homines, jura et actiones et bona quolibet que sunt vel fuerint alterius cuiusque persone; regis, comitis, baronis, hominis, universitatis, populi et ceteris. Et ad jurandum pro eis et eorum nomine et quolibet eorum faciendum, promittendum et prestandum puram et veram fidelitatem, homagium et alia quacumque voluerit et sibi propterea utilia et necessaria videbuntur, prestanda et facienda tam ipsis D. Regi et Inf. sive ipsorum officialibus recipientibus pro eis quam aliis quibuscumque personis quibus voluerit quodcumque voluerit. Et tam videlicet de hiis et pro hiis feudis, terris, villis et castris, burgis, domibus, iurisdiccionibus, hominibus, juribus, accionibus et bonis omnibus quos, quas et que nunc habent vel habuerunt in Sardinia ubicumque quamquam de novo concederetur per personam quamlibet quovis nomine, ordine seu dignitate censeatur ad suam omnimodam voluntatem. Et ad treugam et pacem omnimodam, veram, puram et plenam faciendum et promittendum facere et fieri facere et observare cuiusque et quibuscumque personis

quovis nomine censeantur quibus et cum quibus voluerit et sibi placuerit et visum fuerit fore necesse finem et remissionem faciendum de omnibus et singulis injuriis et defensionibus tam realibus quam personalibus factis et illatis eis et in eos et adversus eos et quoslibet eorum quocumque modo seu nomine ab hinc vero ad suam liberam voluntatem et ad faciendum et fieri faciendum et recipiendum tam super predictis omnibus et singulis predictorum quam aliis quibuscumque, quacumque publica sollempnia instrumenta solempnesque contractus cuiuscumque generis et condicionis existant et sibi placuerint vallata et vallatos hinc inde per singula capitula instrumentis seu contractus cuiuscumque generis existant quibuscumque provisionibus, pactis, obligationibus, bonorum dictorum D. Azzonis et Johannis et aliorum omnium quorumcumque ut supra penarum adjeccionibus et renunciacionibus opportunis, ad voluntatem liberam ipsius D. Frederici et in laude sapientium contrahentium cum eo etiam si mandatum exegerint speciale.

Et generaliter omnia et singula vox et cuiuslibet eorum negocia gerenda, tractanda et facienda et quod verus et legitimus et generalis procurator facere debet et potest et sibi utilia et necessaria videbuntur quomodolibet etiam si mandatum exigerent speciale singulariter singula et universaliter et generaliter universa et quod ipsimet facere possent si presentes adessent.

Dantes et concedentes dicti D. Azzo et Johannes et quilibet eorum insolidum ut supra ipsi D. Frederico eorum procuratori in predictis et circa quolibet predictorum plenum, liberum, speciale et generale mandatum cum plena et libera, speciali et generali administracione.

Necnon promittentes dicti D. Açço et Johannes ipsi D. Frederico et mihi Nicholao, notario suscripto, tamquam publice persone stipulanti et recipienti ex officio publico vice et nomine omnium quorum interest vel interesse posset, se firmum et ratum atque gratum sine deformatione qualibet perpetuo habituros totum et quicquid factum fuerit seu gestum per ipsum D. Fredericum eorum procuratorem in predictis et circa quolibet predictorum sub ypotheca et obligacione omnium suorum et cuiuslibet eorum bonorum presentium et venturorum. Ceterum plura instrumenta ex hiis et hoc contractum unius eiusdemque tenoris fieri rogaverunt. (Sig+num).

Actum in burgo terramagnese de Osculo in domo Chiareta de

Mulatio Lin. dioc.; presentibus Morrucio quondam domini Iacopucii de Villa, Petro notario filio Gandulfini de Villafranca, et Maxio quondam Nicholay eiusdem loci omnibus Lun. dioc. et allis pluris testibus ad hec rogatis et vocatis (Sig+num).

Et ego Nicholaus quondam Comitis de Villa Notana notarius et iudex ordinarius, et D. Mandino quondam D. Orlandi de Advocatis de Lucca, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi (Sig+num). Cupientes que nomine dicte Universitatis conatibus venire dominationeem subieccionem et obedienciam dictorum D. Regis et D. Inf. Alfonsi ut per eos asserebatur.

Tandem ammiratus et gubernator predicti, reformatores ut predictum est recta ac pia consideratione moti, volentes eisdem petentibus gratiam et misericordiam impartiri nomine predicto requisiverunt super hoc consilio reverendi patris in Christo D. Gastoni de Montecatheno, Oscensi episcopi et cancellarii D. Regis, qui noviter venerat in Castrum de Bonayre ac coram eodem exponi fecerunt a dictis ambaxiatoribus petitionem eorum. Sicque tractatu et deliberacione habita inter eosdem et cum nobile Berengario Carrocii et venerabilibus Petro de Libiano, Raymundo de Monte Pavone, Galcerando de Rippis, Petro de Cardona, jurisperito et assessore capitanei supradicti ad bonum pacis suum intuitum dirigentes et malum pro malo cum possent reddere non volentes pensantesque quod humiliter deprecantibus et misericordiam petentibus non est denegandus assensus; venerunt cum dictis ambaxiatoribus et sindicis ad concordiam et loco et nomine dicti D. Regis et D. Inf. Alfonsi eisdem marchionibus et Sassarensibus missericordiam, remissionem et indulgenciam concesserunt sub forma et condicionibus cum inferius expressatis.

In primis dictus Bernardus de Boxadors, ammiratus, et Philipus de Boyl, capitaneus, ex potestate eis concessa et attributa a dicto D. Inf. Alfonso cum carta sua, suo sigillo pendenti munita continentem subsequentis.

Comissio D. Infante.

Nos, Inf. Alfonsus etc. intendentes sicut decet ut insule Sardinie subveniat de regimine congruo et prestante Alt.^o provisione sollicita gubernetur sic quod in ea per justiciam exercitium pacis vigeat incrementum.

Ideo ad audienciam nostram perducto quod multa in ipsa insula reformanda occurrerunt tam in officialibus ibidem per nos possi-

tis corrigendis quam etiam imponendis et fovendis in justicia tramite fidelibus nostris Aragonensibus, Cathalanis et Sardis in dicta insula commorantibus, quam in provisiones castrorum et fortaliorum et aliorum quorumcumque que in dicta insula iminent providenda.

Confidentes de fide, industria et legalitate dilectorum consiliariorum nostrorum Bernardi de Boxadors, maiordomi nostri et Philippi de Boyl, magistri rationalis Curie nostre; Ordinamus et constituimus vos et vestrum quamlibet, si vestrum alterum a dicta insula abesse contingat, reformatores et directores seu ordinatores insule supradicte, et omnium et singulorum que ibidem ad honorem et utilitatem dicti D. Regis et nostri, fieri valeant et vestro arbitrio providenda occurrant. Dantes vobis plenariam potestatem super omne et singulos officiales nostros in insula memorata, inquirendo contra eos et illos de quibus vobis videbitur si hoc culpa eorum requirat, removendo aliosque ibidem ponendo quos noveritis utiles et expertos.

Et ad providendum quod castra et fortalicia nostra ipsius insule, gente, victualibus, forniantur et armis et ut subditis nostris, incolis dicte terre, fiat justicia de preteritis super quibuscumque in quibus indebite sint gravati et pro futuro, ut vitentur similia, provideatur per vos remediis opportunis.

Et ad omnia alia et singula faciendum que vobis videbuntur utilia et etiam oportuna.

Mandantes per presentem gubernatoribus generalibus, capitaneis, castellanis. ceterisque officialibus, necnon iudicibus, comitibus, militibus, civibus, burgensibus ac universis et singulis subditis dicti D. Regis nostris, dicte insule presentibus et futuris quod vos dictos Bernardum et Philipum pro reformatore directoribus seu ordinatore dicte insule ut predicatur habeant; vobisque et jussibus vestris pareant ac obediant sicut nobis, et quicquid vos ordinaveritis et mandaveritis exequantur.

Nos enim super predictis omnibus et singulis vobis et utrique vestram generalem amministrazioneem cum libera et etiam plenaria comittimus vices nostras.

In quorum autem testimonium et ad perpetuam memoriam futurorum, presentem fieri jussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratam.

Datum Barchinone septimo idus marcii anno Domino millesimo CCC^oXX^o quinto.

Pepererunt et remiserunt gratis et spontanea voluntate omne odium, rancorem et malam voluntatem quam ipsi marchiones et Sassaresnes ex eorum demeritis incurrissent adversus predictos D. Regem Aragonum et D. Inf. ac omnem penam civilem et criminalem.

Et nichilominus quod ipsi Sassaresnes remaneant fidati cum omnibus suis a morte et capcione necnon quod restituantur ad pristinum statum quantum ad privilegia et libertates dictis Sassaresnes per dictos D. Regem et D. Inf. concessas. Et quod dicti marchiones teneantur tradere et deliberare seu tradi facere castrum de Osulo alicui militi seu de genere militari, Aragonensi seu Catalano, recipienti et eum tenenti vice et nomine D. Regis et D. Inf. Alfonsi predictorum; quem elegerint officiales regii supradicti vel alter eorum ex IIII. quos dictus Fredericus marchio duxerit nominandos.

Quod castrum cum apparatibus, armis, furnimento et arnesiis eiusdem ac victualibus sicut invenerit habeat dictus miles seu generosa persona post annum computandum a tempore quo sibi traditum fuerit dictis marchionibus vel qui ipsi voluerit, sine aliqua diminutione ipsius castri et lesione non spectata per dictum militem monicione seu littera de restituendo dicti castri a dicti D. Regis et D. Inf. vel a quorumque alio eorum officiali vel quavis persona sibi super hoc transmitenda.

Ita tamen quod dictus castellanus vel alcajdus seu custos dicti castri non se intromittat de aliquibus extra dictum castrum, seu eius fortaliciam set tamen modo de custodia dicti castri, scilicet: de corpore et fortalicia dicti castri quod custodia fiat interum ad sumptus D. Regis.

Dicti vero marchiones teneantur se facere homines et vassallos D. Regis et D. Inf. predictorum cum sacramento et homagio, ore et manibus comendato pro dictis castro et terra quam nunc tenent in terminis dicti castri et villis et curatorii ipsius et pertinenciarum suarum tam burgorum quam aliarum ac jurium, redditum et proventuum quorumcumque spectancium quoquo modo ad dictum castrum, burgos et villas; revocatis quibuscumque donationibus et assignacionibus prius factis et concessis in dictis terris et villis sique tamen facte et concesse fuerint per D. Regem et D. Inf. vel officiales eorum personis quibuscumque sub condicione predictum castrum et villas cum terre, dominibus et terminis eorum, et cum mero et mixto imperio teneant ipsi marchiones

pro D. Rege et D. Inf. et suis ad feudum secundum morem Ytalie et usu regni Sardinie semel in anno prestando in ipso regno per tres menses ad expensas dictorum marchionum proprias, quodcumque ipsi marchiones vel sui per D. Regem et D. Inf. et suos inde fuerint requisiti.

Et quod non proclamant in dictis castro et villis nec pro ipsis alium dominum nisi D. Regem et D. Inf. et successores suos.

Similiter dicti Sassareses et syndici eorum teneantur mittere et facere venire ac tornare ad manum et dominacionem dictorum D. Regis et D. Inf. et dictorum ammirati et gubernatoris vel alterius eorundem nomine dictorum dominorum, civitatem Sassari predictam cum hominibus et feminis et cum toto eius, districtu; et debeant et teneantur dicti syndici et Sassareses dare et solvere de suo proprio seu de comuni eiusdem civitatis ipsis officialibus vel alteri eorundem, seu cui vel quibus voluerit nomine dictorum dominorum, tres millia librarum alfonsinorum munitorum pro constructione et opere cuiusdam castri facienti in aliquo loco dicte civitatis competente; in quodam cuarterio vel parte dicte civitatis prout dicti officiales seu alter ipsorum duxerint ordinandum.

Preterea quod in signum punicionis et aliqualiis pene pro dicto excessu comisso per Sasserenses debeant confinari seu relegari a dicta civitate Sassari per bienyium octo persone de illis, tamen qui in dicto excessu magis culpabiles inveniantur ad cognicionem et voluntatem officialium predictorum vel alterius eorundem. Que relegacio fieri debeat ad aliquem locum seu loca tuta extra civitate Sassari et districtum ad cognicionem eorundem vel alterius eorum. Et quod ibi possint stare sine periculo personarum et rerum et ire negociando quo voluerint. Dum modo non redeant ad civitatem Sassari nec infra terminos inhibitos hanc confinacionem et relegacionem habeant sustinere et pati aut complire infra totum illud tempus et hoc assecurare ydonee in posse potestatis Sassari, juxta eorum cuiuslibet facultates.

Fiat etiam inquisicio per potestatem, secundum viam et formam juris, contra omnes et singulos qui ceperunt, rapierunt et occupaverunt res aliquas, denarios seu arnesia, equos et arma dicti Raymundi de Sancto Minato et aliorum qui ibi in dicto conflictu capti seu mortui et raubati fuerunt, vel postea quodcumque. Et si omnia non potuerint inveniri in posse raubatorum, quod ea universitas Sassari emendare teneatur et in isto casu, tamen videlicet: pro opere castri et pro eo quod apparebit restare et solvi non

posse per raubatores, qui raubaverunt et ceperunt bona predicta in dicto conflictu, valant derictus vel gabela imponi in dicta civitate Sassari et universitate eiusdem et non aliter; set quod de prima peccunia collecta satisfiat et habeat satisfieri in opere dicti castri.

Que gabelle seu derictus duret et continuetur usque qua in predictis duobus casibus fuerit plenarie satisfectum et non ultra immo ex tunc tassetur et nullam habeat firmitatem non diminuendo in aliquo, jura Camere Regie; immo quicquid de redditibus suis cessatum fuerit habeat incontinenti per dictos Sassareses restitui et exsolvi. Si dicta vero impositione pro raubarum restituenda marchiones predicti punitus exceptentur, ita quod eos in aliquo super et de predictis contribuere non contingat.

Set quod dicti marchiones et Sassareses debeant et teneantur restituere et deliberare, franche et libere, omnes captivos seu captos de gentibus dominacionis D. Regis, qui per eosdem capti detineantur. Et istud idem facere teneantur officiales Regii supradicti, necnon bona ipsorum restituantur hinc inde.

Demum, dicti ammiratus et gubernator teneantur facere approbari et confirmari per D. Regem et D. Inf. predictos omnia et singula que promissa fuerunt supra per eos.

Qui promisserunt se facturos et curaturos cum effectu in omnibus et per omnia confirmari et superius sunt expressa a simili dicti syndici et procuratores civitatis Sassari ac dictus Fredericus marchio, procuratorio nomine quo supra et nomine fratrum suorum, cum effectu faciant fieri illud idem sint melius, sanius et utilius dici, scribi et intelligi poterit ad bonum et sanum intellectum et Regii Culm. augmentum in omnibus et honorem.

Post que incontinenti et eadem die et hora dictus nobilis Fredericus, nomine suo proprio et procuratorio nomine nobilium Azonis et Johannis marchionum de Malaspina fratrum suorum, volens satisfacere in omnibus et per omnia ordinacioni et contractui supradicto quatenus de eo et fratribus suis fuit mencio in eisdem, fecit et prestavit juramentum fidelitatis et homagium, ore et manibus comendatum in posse ac manus dicti gubernatoris recipientis pro se et dicto ammirato nomine et vice nomine D. Regis et D. Inf. predictorum; confitens et recognoscens se facere et constituere hominem et vassallum dictorum dominorum, nec et fratres suos predictos, racione castri de Osolo et terrarum suarum, juxta formam in predicto contractu et ordinatione superius expressatas. Et eodem modo eademque ora tam dictus marchio nomine procu-

ratorio dictorum Sassarensium quam dicti domini episcopi et dominus Dorgotorius, sacramentum prestantes super predictis in inposse et manu dicti gubernatoris ac venerabilis domini Oscensi episcopi supradicti juramentum fidelitatis et homagium prestiterunt ore et manibus commendatum; recipientium videlicet, nomine et vice dictorum dominorum, promittentes se facturos et curaturos cum effectu quod dicti marchiones nomine eorum proprio et dicta universitas Sassari rata et firma habebunt omnia et singula supradicta, ut superius melius sunt expressa que quidem omnia et singula supradicta sub modis et condicionibus supratactis, promiserunt una pars alteri et quilibet eorum pro se presenti et recipienti nominibus quibus supra ac michi notario infrascripto stipulanti et recipienti tamquam publice persone pro omnibus quibus intersit vel interesse poterit et recipienti omnia supradicta et singula attendere et complire et in aliquo non contrafacere vel venire.

Sub quorum sacramenti et homagii fidelitatis vinculo renunciaverunt specialiter et expresse omni juri et cetera. Et de hiis omnibus mandarunt et concesserunt fieri per me notarium infrascriptum tria consimilia instrumenta per alphabetum divisa ad perpetuam memoriam in futurum.

Que omnia lecta, acta et publicata fuerunt in castro de Bonayre in domo videlicet venerabilis Arnaldi de Cassiano, quarto kalendas julii anno domini Millesimo CCCXX sexto.

Presentibus testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis venerabilibus: Berengario de Sancto Vincentio, milite. Francisco de Daurats, amministratore redditum Sardinie regni. Guillelmo Badia, baiulo de Bonayre. Scriptoribus dictorum marchionis et sindicorum civitatis Sassari et pluribus aliis.

176

<post 1326, giugno 28>

I Sassaresi scrivono al re d'Aragona, inoltrando una serie di richieste in relazione agli accordi di pace stipulati in Castello di Bonaria. Tra le altre cose, volevano che fossero i marchesi a restituire i cavalli sottratti durante le rivolte, poiché gli stessi Sassaresi lo avevano già fatto.

A. ARRIBAS PALAU, *La conquista de Cerdeña*, Appendice, doc. LIV, pp. 439-441.

Rispetto alla datazione cfr. doc. 175.

1326, luglio 26, Sassari

Federico e Giovanni Malaspina nominano il fratello Azzone loro procuratore presso il re Giacomo II per la nuova infeudazione dei loro beni sardi (castello di Osilo, curatorias di Montes, Figulinas e Coros).

Due originali [A], ACA, *Cancellaria, Pergaminos Jaime II*, n. 4.281, carpeta 196; [A¹], ACA, *Cancellaria, Pergaminos Jaime II*, n. 4.282, carpeta 196.

In Christi nomine amen. Anno a Nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indictione nona, die vigesimo sexto mensis iulii. Magnifici viri domini Fredericus et Iohannes, marchiones Malaspine, fratres et filii quondam domini Oppecini marchionis Malaspine, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt egregium virum dominum A[cc]onem marchionem, fratrem eorum, ibidem presentem, et infrascriptum mandatum sponte recipientem ad comparandum et se personaliter presentandum excelso domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum et illustrissimo domino domino infanti Alfonso, dicti domini regis primogenito, vel alteri ipsorum^a et ad offerendum et ponendum ipsos dominos Fredericum et Iohannem absolute et firme omni condicione in manibus et virtute ipsorum dominorum regis et infantis, vel alterius eorum, et ad suplicandum et petendum [ab]eis vel eorum altero ut terras quas habuerunt et tenuerunt in Sardenia ipsi^b et predecessores ipsorum quoquo modo eis in feudum dignentur^c concedere, sub illis pactis et conditionibus quibus cum eis vel eorum altero poterit convenire. Et ad obtinendum ab ipsis dominis vel eorum altero remissionem et diffinicionem cuiuscumque rangoris vel deservicii quod ipsis dominis Frederico et Iohanni possit imponi modo aliquo seu causa. Et faciendum, iurandum et promittendum dictis dominis regi et infanti vel alteri ipsorum hominagium quod voluerit, veram et puram fidelitatem more ytalico, pro castro et de castro et burgis de Osulo et curatariis de Montes, Figulinas et Coroso^d et omnibus que habent in Sardenia et soliti sunt habere ipsi marchiones et predecessores eorum, ac eciam aliis quibuscumque feudis et datis placeret ipsis dominis regi et infanti de novo concedere eisdem. Et recipiendum in feudum et quocumque alio tictulo a dictis domi-

nis rege et infante vel altero ipsorum dictum castrum de Osulo, burgos, curatarias predictas et omnia alia quecumque ipsis dominis regi et infanti concedere placuerit ipsis dominis marchionibus, seu ipsi domino Acçoni recipienti pro eis. Et ad faciendum et promittendum ipsis dominis regi et infanti^e sive ipsorum alteri, pro omnibus et de omnibus que ipsi domini rex et infans vel alter eorum quomodolibet concedent^f dictis dominis marchionibus sive ipsi domino Acçoni recipienti pro eis illud hominagium quod voluerit et sacramentum pure et vere fidelitatis more ytalico et alio quocumque modo voluerit, et cum hiis pactis et conditionibus quibus voluerit. Et ad impetrandum et obtinendum a predictis domino rege et domino infante et quolibet eorum omnem gratiam et datum quod eisdem dominis regi et infanti placuerit concedere, facere et dare ipsis dominis marchionibus sive ipsi domino Acçoni recipienti pro eis. Et generaliter ad omnia et singula tractanda, promittenda et facienda cum dictis dominis rege et infante seu altero eorum quecumque voluerit et super quibuscumque negociis voluerit eciam si mandatum exigent speciale, et in hiis eciam que mandatum exigunt speciale et super predictis et quolibet predictorum et circa quelibet^g predictorum facere et recipere quecumque solempnia et publica instrumenta et privilegia, solempnesque contractus cum hiis pactis, stipulationibus, conditionibus penarum adiectionibus et^h bonorum obligationibus vallatos et vallata per singula capitula et membra suorum que voluerit et quomodocumque voluerit. Et tam de dando, vendendo dictum castrum, burgos de Osulo, curatarias predictas et villas earum, iura et actiones que eis competunt, quomodocumque in predictis et quolibet predictorum, quam aliis omnibus que habent in Sardinia et quam aliis omnibus quibuscumque ad suam liberam voluntatem. Dantes eidem procuratori eorum in predictis et circa quodlibet predictorum plenum, liberum, speciale et generale mandatum cum libera et plena administracione, eciam in hiis que mandatum exigunt speciale, necnon promittentes dicti domini Fredericus et Iohannes solempniter ipsi domino Acçoni et mihi Nicolao notario subscripto, tamquam persone publice stipulanti et recipienti ex officio publico vice et nomine omnium quorum interest vel interesse posset. Ac eciam iuraverunt corporaliter ad sancta Dei evangelia se se ratum atque gratum, perpetuo habituros et observaturos quecumque gesta, promissa, pacta, procurata et facta fuerint in pre-

dictis et circa quodlibet predictorum per ipsum dominum Acçonem, sub ypotheca et obligacione omnium suorum bonorumⁱ.

Actum in civitate Sassari, in camera donni Burtholi Catoni, presentibus et rogatis testibus domino Bernardo Enboxiados^j, armirato dominorum regis et infantis predictorum, domino Raymondo de Montepaone^k, potestate Sassari et domino Petro de Libiano et aliis pluribus^l.

(SN) Et ego Nicolaus quondam Comitibus de Villa notarius et iudex ordinarius a domino Mondino quondam domini Orlandi de Advocatis de Lucca, hiis omnibus interfui et rogatus scripsi, et inter lineaturam predictam, videlicet, *vel alteri ipsorum* hoc signo signatam^m post illud verbum primogenito signavi et scripsiⁿ.

^a *segno di richiamo per vel alteri ipsorum aggiunto a fine testo; vel altero ipsorum in A¹ b omissio in A¹ c dignaretur in A¹ d Coroxo in A¹ e omissio in A¹ f concederent in A¹ g quodlibet in A¹ h omissio in A¹ i seguono segni del notaio e vel alteri ipsorum j Enbuxiados in A¹ k Monpaone in A¹ l seguono segni del notaio m segue segno di richiamo n seguono segni del notaio; et inter lineaturam... et scripsi omissio in A¹*

178

1326, luglio 29, Sassari

Federico, Azzone e Giovanni Malaspina fanno atto di sottomissione al re nelle mani di Bernat de Boixadors. I marchesi promettono di inviare uno di loro presso il re, come già stabilito, e di consegnare il castello di Osilo se fosse stato necessario alla Corona per la difesa di Sassari.

Originale [A], ACA, *Cancillería, Pergaminos Jaime II*, n. 4.285, carpeta 196.

Noverint universi quod nos Fredericus, Acçus et Iohannes, marchiones Malespine, cupientes pro viribus et effectu, dominacioni regie obedire et tamquam veri et legales subditi eorum in omnibus mandata et ordinaciones exequi et complere, cum hoc publico instrumento plenarie valituro promittimus et bona fide

convenimus, sollempni stipulacione, vobis venerabili viro domino Bernardo de Boxados, illustrissimi domini regis Aragonum ammirato, et notario infrascripto, tamquam publice persone stipulanti et legitime recipienti nomine et vice illustris domini infantis Alfonsi et vestra, quod unus nostrum de presenti, una vobiscum dicto domino ammirato ibit coram presenciam magistratis regie et domini infantis Alfonsi predictum cum libera et plenaria potestate ac procuracione faciendi et observandi promittendi et cum effectu adimplendi ac adimpleri faciendi, duobus hic remanentibus, omnia universa et singula que dicti dominus rex vel dominus infans facere ordinare voluerit ac placuerit de castro de Osuli et curatoriiis de Montes, Figulinas et Corroso, et aliis villis, burguis et quibuscumque aliis bonis immobilibus, quod et que nos dicti Fredericus, Acçus et Iohannes habemus, tenemus, possidemus et nobis pertinent ac pertinere debent seu possunt in insula Sardinie, ubicumque sint, aliquibus avinenciis, composicionibus, tractatibus inter vos dictum dominum ammiratum et alios pro parte dicti domini infantis nobiscum, vel cum altero, nostrum usque huc factis, non obstantibus ullo modo. Et quicquid predictus qui iturus est una vobiscum, ut predictur, super predictis castro et bonis immobilibus cum predictis domino rege et domino infante fecerit, tractaverit et promiserit illud nos duo remanentes, ratum, gratum et firmum habebimus et nunquam revocabimus nec contra veniemus, ac venire faciemus, vel consentiemus modo aliquo sive causa. Et insuper promittimus nos dictus Fredericus, Acçus et Iohannes quod usque quo ille nostrum qui iturus vobiscum est, ut predictur, revenerit a dictis domino rege et domino infante quod nos, vel ille qui castrum de Osuli tenebit, tenebimus eundem pro dictis domino rege et infante et quod si racione guerre vel alia causa legitima venerabilis Philippus de Boyl, gubernator Cathalanorum et Aragonensium insule Sardinie, vel Raymundus de Montepahone, capitaneus de Logodor, vel aliquis eorum loco ac nomine voluerint vel petierint dictum castrum de Osuli pro tuicione terre dominacionis regie vel alia iusta causa quod ille nostrum vel aliquis alius pro nobis dictum castrum tenens teneamur una vobiscum, predictos gubernatorem vel capitaneum vel alium eorum loco et nomine, cum familia ac gente quam mittere in dicto castro voluerit, recipere intus et recolligere, tantum et tam diu quantum predictis gubernatori vel capitaneo visum fuerit facien-

dum. Pro quibus omnibus attendendis firmiter et complendis nos dicti Fredericus, Acçus et Iohannes, marchiones Malespine, facimus et prestamus homagium ore et manibus comendatum in posse vestri dicti venerabilis Bernardi de Boxados, ammirati et nichil ominis iuramus ad sancta Dei evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula, ut per nos promissa sunt, attendere et complere et non contra facere vel venire modo aliquo ingenio sive causa. Et si contra predicta vel aliquam predictorum quod absit fecerimus vel fieri fecerimus, nos, vel alter nostrum, quod ipso facto simus proditores et bausatotes ad furum Aragonie et consuetudinem Cathalonie et inde armis propriis vel alienis non possimus aliquantum escondiri. Quibus, ut predictur, per antedictos nobiles firmatis, tam dicti dominus ammiratus quam nobiles marchiones requisiverunt me notarium infrascriptum ut inde de eisdem duo publica conficerem instrumenta, quorum unus penes dictum dominum ammiratum remaneret et aliud penes nobiles marchiones dominos supradictos. Quod est actum in civitate Saceri, in domo honorabilis Barçoli Cathoni, quinto kalendas augusti, anno Domini millesimo CCC^o vicesimo sexto. S+num nobilium Frederici, Acçi et Iohannis marchionum Malespine predictorum, qui hec laudamus, concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt reverendi in Christo patres dominus Petrus episcopus plovacensis et dominus Bernardus episcopus guisarcclencensis et dominus Gomita episcopus crastensis et venerabilis Petrus de Libiano, potestas Ville Ecclesie, Morabatinus Morabotti, Brandinus Pala atque Gomita de Via, burguenses civitatis Saceri.

Sig(S)num Bernardi Urgellesii notarii publici per totam terram et dominacionem domini regis Aragonum, auctoritate regia, qui predictis interfuit et hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prenotatis.

<circa 1326, agosto 3>

Istruzioni dell'infante Alfonso a Bernat de Boixadors e Felip de Boyl. Tra le altre cose, Alfonso riferisce di aver ricevuto informazioni sul-

l'intenzione dei Malaspina e dei Sassaresi di mettersi in contatto con lui.

R. CONDE, A.M. ARAGÓ, *Castell de Càller. Cagliari catalano-aragone-
se*, Cagliari 1984, doc. I, pp. 201-209.

180

1326, agosto 6, Barcellona

Il re Giacomo II informa Alfonso sull'arrivo in Catalogna di Bernat de Boixadors insieme ad Azzone Malaspina, a nome anche dei fratelli. Il sovrano delega la risoluzione finale della questione allo stesso Alfonso.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 342, f. 385v, 2°.

Iacobus et cetera. Inclito infanti Alfonso, karissimo primogenito et generali procuratori nostro comiti urgellensi et cetera. Veniens noviter de partibus Sardinie dilectus noster ammiratus Bernardus de Boxadors, maiordomus noster, nostramque presenciam appetens exposuit coram nobis negocia status regni Sardinie, tam Callari, Boni Aeris, Sassari, marchionum Malespine quam aliorum. Venit eciam cum eo ante nos nobilis Aço marchio, pro se et fratribus suis, et obtulit se et eos mercedi nostre et vestre paratos ad quecumque ordinaverimus nos et vos de ipsis et castris et locis suis. Sane videntes vos nobis plenius informatum esse de negociis dicti regni et aliis supradictis, providimus prefatos ammiratum et Açonem debere presenciam vestram adire, exposituros vobis plenarie prout ad ambos vel alterum eorum pertinuerit negocia supradicta, nosque dictum Bernardum de Boxadors informavimus de intencione nostra in pluribus ex premissis, cui propterea in eis adhibere poteritis plenam fidem quantum ex nostra parte duxerit refferendum. Vos autem, ipsis auditis et deliberato plenarie in premissis, nobis vestrum significetis intentum ut possumus cautius procedere in predictis. Datum Barchinone, VIII idus augusti, anno Domini M CCC XX sexto.

Bernardus de Aversone, mandato regio.

181

1326, agosto 6, Barcellona

Il re Giacomo II concede piena autorità e potestà a Nicolao de Villa, notaio di Azzone Malaspina, a nome anche dei fratelli, ed a Bonanat ça-Pera, notaio dell'infante Alfonso, per la conclusione degli accordi di pace, che prevedevano, da una parte, l'infeudazione secondo il mos Italiae del castello di Osilo, con il borgo omonimo e le curatorias di Montes, Figulinas e Coros, dall'altra, la promessa di consegnare ad Alfonso lo stesso castello di Osilo «sub certa forma».

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 342, f. 388v, 1°.

Nos Iacobus et cetera. Tenore presentis carte nostre concedimus et auctoritatem et plenam potestatem conferimus vobis Nicholao de Villa, filio quondam Comitis de Villa, de familia nobilis Açonis marchionis de Malespina, rogandi, recipiendi, conficiendi et scribendi seu confici ac scribi faciendi, una cum dilecto nostro Bonanato de Petra, notario incliti infantis Alfonsi, karissimi primogeniti et generalis procuratoris nostri, comitis urgellensis, eius quod sigilla tenente, om[nia] illa publica instrumenta que fieri et et firmari debunt, inter dictum infantem Alfonsum, nomine nostro et suo, ac eciam dictum nobilem Açonem, nomine suo proprio et nomine eciam nobilium Frederici et Iohannis marchionum Malespina, fratrum suorum, videlicet super donacione per dictum infantem, nostro nomine et eiusdem, facienda dictis marchionibus et suis perpetuo in feudum secundum morem Italie de castro de Osolo et burgis eius et curatariis de Montes et de Figolinas et de Coroso et de omnibus aliis que dicti marchiones habent in insula Sardinie sub certis forma et retencionibus, inter dictum infantem, nominibus quibus supra, et ipsos conventis. Et eciam super eo quod dictus Aço, pro se et procuratorio nomine iamdicto, promittet tradere dicto infanti, nomine nostro et ipsius infantis vel certis personis pro ipso, castrum de Osolo predictum, cum suis burgis et fornimentis, sub certa forma inter dictum infantem, nomine nostro et suo, et ipsum tractata et eciam concordata. Et super omnibus aliis in predictis et circa ea opportuniis et per dictum infantem, nominibus quibus supra, et ipsum dictis nominibus agendis vel eciam promittendis. Quibus instrumentis predictis per vos, una cum dicto Bonanato, rogandis, recipiendis, conficiendis et scribendis seu confici aut scribi faciendis, auctori-

tatem impendimus et decretum, ita quod eis in iudicio et extra iudicium fides plenaria habeatur tamque publica manu factis, dum cum subscriptionem vestram cum signo apponatis in eis, qua vos auctoritate nostra notarium confiteamini, et ipsis contractibus interfuisse una cum notario antedicto. Mandantes tenore huius carte universis et singulis officialibus et subditis nostris et dicti incliti infantis aut aliis presentis seriem inscripturis quatenus, instrumentis ipsis per vos simul cum dicto Bonanato, rogandis, recipiendis, conficiendis, scribendis vel confici aut scribi faciendis ut predicatur, adhibeant plenam fidem, tanquam publica manu factis. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde vobis fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Datum Barchinone, VIII idus augusti, anno Domini MCCC XX sexto.

Franciscus de Bastida, mandato regio.

182

1326, agosto 8, Lleida

Lettera dell'infante Alfonso al podestà di Sassari Ramon de Montpaó. Riguardo ai Malaspina, l'Infante comunica di aver concesso loro in feudo il castello di Osilo in cambio del servizio di venti uomini a cavallo sardeschs per tre mesi all'anno. Lo stesso castello sarebbe dovuto essere consegnato a Guerau d'Alòs per la durata di un anno o due o più, a discrezione della Corona.

Alfonso ordina di confinare da Sassari alcuni personaggi implicati nelle rivolte, ovvero il vescovo di Ploaghe, Aliprandino Pala, Comita de Via, Pietro de Tola, Arrigueto Payti, Bartolo Catoni, Pietro Pala e Castellino de Campo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 402, ff. 139v-140.

De nós infant n'Amfós *et cetera*. Al amat conseyler nostre en Raimon de Muntpahó, potestat de Sàsser, *salutem et dileccionem*. Ffem-vos saber que és vengut a nós lo noble Asço, marquès de Malespina, ensemps ab l'amat nostre en Bernat de Boxados, almirayl del senyor rey, al qual havem comenat l'offici de governador del regne de Sardenya e de Còrsega. E hahüda plenera informació de tots los affers, som-nos hahuts ves lo dit marquès e sos fra-

res, més per via de misericòrdia que de rigor, axí que li havem atorgat en feu lo castell d'Osolo e tota la sua terra, a preu de XX hòmens a cavall sardeschs III meses del any. E lo dit marquès ha fet a nós segrament e homenatge que encontinent que sia en Sardenya liurarà a.n Guerau d'Alos, qui se'n va ab ell, lo castell d'Osolo ab lo forniment que.y és d'armes e de vianda, e que.l pugam tenir I any ho II e aytant com a nós plàcia sens negú terme. Ver és que nós li havem promés que si ell ha per mester del gra, de la carn salada ne de la formatgeria qui són el castell, que nós no lexiem tret gens, mas que li.n darem atrestanta en Sàsser o en l'Alguer, e d'açò havem scrit als amministradors que.s complescha sens negú dupte. Tots aquests affers vos volem significar per tal que.n siats // enformat et que sapiats que.y havets a fer, e volem e a vós expressament manam que siats cuytat de tot vostre poder, obrar he cuytar lo castell de Sàsser on penga ara tot lo fet, que tost lo sabrà fer. E volem e manam que, si fet no és ja, sien encontinent confinats de Sàsser los devayl scrits, és a ssaber lo bisbe de Pluvage e Alabrandí Palas, Comita de Via, Petro de Tola, Arri gueto Payti, Barçolo Cató, Petro Pala, Castellino de Campo, cor si aquests stan en Sàsser no poretz res fer adret. Encara volem que sapiats que nós vos havem appellat a nostre servey per tal que servestats a nós e que haiats de nós honor e proffit, mas si continuats ço que havets comensat nos porà axí seguir, cor vos cuydats tenir la manera que fahiets com crets, en sou de gens stranyes de burlar e despendre e baratar ço que havets e non havets, e tan tost que official qui és posat a tenir iustícia dessen ultra manera, aquí són les corrupcions, cor necessitat no ha liyg, e ab aytant lo senyor rey no pot ésser per vit, ne veritat ne justícia no pot ésser provada, e vós deuriets fer compte que no sots en servey d'om strany mas de vostre senyor natural, a servey del qual vos és maior honor de tenir menys companya e menys messió que fer-ne IIII tants ab senyor strany de quí avant. Per ço, com nós nos som altats de vós, vos volem scriver tot açò clarament en gran senyal d'amor e havem-vos anadits novellament duo-mill sols a vostre salary ab carta que.s entrametem perquè haiats VIII mill sols. E si vós sets saví entendrets nostre castich ara con hi sets attemps. En altre manera fem-vos saber que nós hi provehirem segons que.s cové e d'aquí avant para colpa vostra. *Datum* en Leyda, divendres VIII dies d'agost en l'any de nostre Senyor M CCC XXVI.

Sequitur tenor cuiusdam cedule in predicta littera intercluse.

Depuys que aquesta letra fo feyta pensam que no seria profit que fos enantat en lo fet dels confinats de Sàsser entrò que.n Guerau d'Alos o altre tenga lo castell d'Osolo, e [...^a] lexam-ho tot a la vostra discreció.

^a 3 lettere con segno di abbreviazione superiore

183

1326, agosto 11, Fraga

L'infante Alfonso concede piena autorità e potestà ai notai Nicolao de Villa e Bonanat ça-Pera per la conclusione degli accordi di pace con i Malaspina (cfr. doc. 181).

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 402, ff. 150-150v.

*184

1326, agosto 12, Fraga

I Malaspina ricevono in feudo il castello di Osilo con le relative pertinenze.

Citato in docc. 215 e 229.

185

<1326>, agosto 12, Fraga

L'infante Alfonso nomina Guerau d'Alos castellano o alcaydus di Osilo.

Copia di registro [R], ACA, *Cancelleria*, Reg. 402, f. 143v, 1°.

Rispetto alla datazione, il documento fa riferimento alla precedente registrazione.

Nos infans et cetera. Confidentes de fide et legalitate vestri Geraldus de Alos comitimus seu comendamus vobis castrum de Osolo,

situm in Logudorio, quod vobis nomine nostro nunc tradere debet nobilis Aço marchio Malespine iuxta pacta inter nos et ipsum nunc noviter firmata, eius iuramento et homagio vallata, ita quod vos sitis castellanus seu alcajdydus dicti castri, et eius custodie provideatis et habeatis pro retinencia dicti castri illam provisionem quam vobis taxabit dilectus consiliarius noster Philipus de Boyl, regens officium gubernatoris generalis Sardinie et Corsice regni. Mandantes per presentem cartam nostram amministratoribus generalibus reddituum et proventuum dicti regni ut provisionem predictam prout per dictum Philipum taxata fuerit vobis tribuant et exsolvant, recipiendo in quamlibet solucionem apocham de soluto. In quorum testimonium et cetera. Datum in loco de Fraga, II idus augusti, anno predicto.

Bonanatus de Petra, mandato domini infantis.

186

1326, agosto 12, Fraga

Lettera dell'infante Alfonso a Pere de Libià, capitano e podestà di Villa di Chiesa, sulla nomina di Guerau d'Alos a castellano di Osilo ecc. (cfr. doc. 182).

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, ff. 138v, 2°-139v.

187

1326, agosto 12, Fraga

Lettera dell'infante Alfonso al giudice di Arborea Ugone II. Tra le altre cose, rende noto di aver concesso in feudo ai Malaspina il castello di Osilo con le curatorias di Montes, Figulinas e Coros, in cambio del servizio di venti cavalieri per tre mesi all'anno. Azzone Malaspina avrebbe dovuto consegnare a Guerau d'Alos lo stesso castello di Osilo, che la Corona avrebbe tenuto a tempo indeterminato per ragioni di sicurezza.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, f. 143.

188

1326, agosto 12, Fraga

Lettera dell'infante Alfonso a Bernat de Boixadors e Felip de Boyl. Riguardo ai Malaspina, l'Infante comunica di aver concesso loro in feudo il castello di Osilo in cambio del servizio di venti uomini a cavallo sardeschs per tre mesi all'anno. Lo stesso castello sarebbe dovuto essere consegnato a Guerau d'Alos per la durata di un anno o due o più, a discrezione della Corona. Azzone Malaspina non avrebbe potuto usufruire del grano, della «carn salada» e della formatgeria conservati nel castello, mentre avrebbe potuto rifornirsene a Sassari o ad Alghero.

Alfonso ordina di confinare da Sassari alcuni personaggi implicati nelle ribellioni, ovvero il vescovo di Ploaghe, Aliprandino Pala, Gomita de Via, Pietro de Tola, Arrigueto Payti, Bartolo Catoni, Pietro Pala e Castellino de Campo¹.

R. CONDE, A.M. ARAGÓ, *Castell de Càller*, doc. III.

[pp. 214-215] «Item, fa saber lo senyor als damunt dits que Asço, marques de Malespina es vengut al senyor Infant ensemps ab en Bernat de Bovados e el senyor Infant es se haut enves ell mes per via de gracia que de rigor, specialment que pogues passar al castell d.Osolo lo qual haut dara gran força al senyor Infant en tot Logodor, e la manera de la avinença es aquesta: que.l senyor Infant ha atorgat a ell e a sos frares en feu lo dit castell d.Osolo e tota l.altra terra lur a servey de .XX. homens a cavall sardeschs .III. meses del any. E lo dit marques liura en continent a.n Guerau d.Alos qui s.en va ab ell lo dit castell d.Osolo que.l tenga lo senyor Infant .I. any o .II. o aytant con a ell placia. E deu lo liurar ab aquell forniment que.y es d.armes e de vianda, mas lo dit miçer Asço diu que ell ha mester lo gra y la carn salada e la formatgeria qui es el castell, e el senyor Infant no ha vulgut que de la dita vianda ischa res del castell, mas ha li promes que aytanta con ell ne haga ops, segons aquella que.y es, li.n fara liurar d.altre en Sasser o en l.Alguer, gens per aço lo liurament del castell no s.en deu lo guiar .I. hora ans tan tost que.l marques, n.en Guerau d.Alos sien a Bonayre, deven partir d.aqui per que.s faça lo liurament del dit castell. E axi fa mester que.l dit marques no.s trop enganat en la paraula del senyor Infant, que li ha promes que de la dita vianda aytanta con vuyla segons aquella qui es en lo dit castell li.n sera

donada d.altre a Sasser o al Alguer. Tot aquest pati fa saber lo senyor Infant a.n Ramon de Muntpahò potestat de Sasser e a.n Pere de Libia qui son en aquelles partides, significan a ells tot aquests affers e sollicitan los de cuytar lo castell qui.s fa en Sasser, e fa.ls saber los noms d.aquells qui deven esser confinats de Sasser, e son aquests: Pero de Cola, Arrigueto de Payti, Barçalo Caco, Petro Pala, Castellino de Campo, los quals no deven romanir en nuyla manera, per que fa mester que les dites letres del senyor Infant les quals van als dits en Ramon de Monpa[ho] e a.n Pere de Libia sobre aquests fets e les quals s.en porta en Pere Plana ab aquests capitols sien tost recaptades e segurament que no venguen a ma de negun.

Item mana lo senyor Infant que en Gerau d.Alos qui estara a Osolo tenga aqui .IIII. cavalls armats e sia li dat sou per aquells, e sien del nombre d.aquells que de necessitat se han a retenir en la yla. Encara que sia donat n.n Daumau d.Avinyo sou a .II. cavalls armats e a.n Bernat Pintor sou a .I. cavall armat, e sien del nombre d.aquells qui de necessitat han a romanir en la yla, e a.n Francesch Vigoros, sou a .I. cavall armat. Datum en Fraga, pridie idus augusti anno domini .M.CCC.XXVI.».

¹ Conde e Aragó omettono nella trascrizione i nomi del vescovo di Ploaghe, di Aliprandino Pala e di Gomita de Via.

189

1326, agosto 15, Lleida

Istruzioni dell'infante Alfonso al maestro razionale Felip de Boyl e agli amministratori Guillem de Riu e Francesc Daurats, sul salario spettante al castellano di Osilo Guerau d'Alos ed ai custodes e sargentés della stessa fortezza.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 402, ff. 143v, 2°-144.

*190

<ante 1326, agosto 25>

Il giudice di Arborea Ugone II informa il re Giacomo II dell'intenzione di Sassaresi e Malaspina di tornare all'obbedienza del sovrano aragonese.

Citato in doc. 191.

191

1326, agosto 25, Barcellona

Lettera del re Giacomo II al giudice di Arborea Ugone II in risposta ad una missiva del giudice sull'intenzione di Sassaresi e Malaspina di tornare all'obbedienza.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 342, f. 392, 1°.

192

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II scrive a Felip de Boyl, reggente l'ufficio di governatore generale del regno di Sardegna e Corsica, sulle trattative con Azzone Malaspina e sulla sua successiva ribellione per cui ne chiede l'incarceramento in Sardegna fino all'adempimento degli accordi stipulati.

Copia di registro [R], ACA, *Cancilleria*, Reg. 342, ff. 390, 2°-390v.

Citato in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, 3, libro VI, cap. LXIX, p. 252, cap. LXX, pp. 254-255.

Iacobus et cetera. Dilecto magistro rationali curie nostre Philippo de Boyl, regenti officium gubernatoris generalis regni nostri Sardinie, salutem et cetera. Ad nostram pridie accedentem presenciam nobilem Açonem, marchionem de Malespina, benigne recepimus, verba sue propositionis audivimus et intelleximus diligenter. Subsequenter vero ipso per nos una cum dilecto ammirato nostro Bernardo de Boxadors ad inclitum infantem Alfonso, karissimum primogenitum et generalem procuratorem nostrum, comitem urgellensem, transmissio, indeque ad nos regresso fuerunt nobis obstensa pacta inter dictum infantem et

ipsum marchionem inita continencia in effectum, quod tam castrum Osoli quam terras alias, quas ipse et fratres sui in regno Sardinie obtinent teneant in feudum perpetuo sub certo servicio, a nobis et nostris, de quibus iam idem infans illum, auctoritate nostra regia, investivit et homagium ab eo recepit, quodque dictum castrum Osoli debeat tradere, nomine nostro et infantis predicti, dilecto militi nostro Gueraldo de Olosio, tenendum per ipsum potenter absque preffinitione temporis quantumcumque nos et dictus infans voluerimus, restituendum eidem cum de nostra processerit voluntate, prout in ipsis pactis, de quibus dictus Gueraldus vos plenius informabit, latius continetur. Cumque dictus marchio prout coram dicto infante [co]ndictum extiterat, simul cum dicto Gueraldo, in navi Bernardi Ballistarii, civis Barchinone, deberet recto itinere ad regnum ipsum accedere, pro dicto castro tradendo et aliis que promiserat adimplendis, nescimus quo ductus spiritu predictorum pactorum imemore, se in virum alterum transmavit, asserens primo velle ad partes Italie se transferre. Sane cum gestus denotarent ipsius et verba que interdum seminabat innuerent se velle retrahere a premissis, oblitum homagii quod prestiterat, ut est dictum, nos ex preteritis eius actibus qui nobis et nostro dominio in ipso regno Sardinie non modicum scandalum induxerunt, providum dirigentes intuitum ad futura cum de ipso dubitare merito cogere[mur] eis que possent evenire periculis precaventes, personam ipsius providimus retineri ut adimpleat // que promisit. Quem vobis transmittimus per Gueraldum de Alosio sepeffatum vobis districte, mandantes quatenus marchionem eundem sub firma et sedula teneatis custodia, donec plene iamdicto Gueraldo nomine nostro castrum tradiderit supradictum in custodia vero ipsius volumus curialiter vos habere. Salvo tamen quod non possit evadere quo quo modo, cum vero dictus Gueraldus de Alosio potenter tenuerit dictum castrum ipsum marchionem promittatis abire libere absolutum. Verumtamen si dictus marchio premissa non adimpleverit, ut promisit, significatis hoc nobis et dicto infanti ut super hiis providere possimus ut fuerit opportunum. Volumus autem vos scire litteras nos misisse predictum negocium continentes iudici Arboree, Raymundo de Monte Pavone, Petro de Libiano et universitati Sassari per Petrum Plana porterium dicti infantis, expedit enim, ut ipsi quam citius celtitudinem habeant de premissis, ut non intrentur de predicto eventu qui in grandem dicti marchionis cul-

pam accidit ut superius enarratur. Datum Barchinone, quinto kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC XX sexto.

Domenicus de Bis, mandato regio facto per Guillelmum Oulomarii consiliarium.

193

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II informa gli anziani della città di Sassari delle cose di cui al doc. 192.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, ff. 390v-391.

194

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II informa il podestà di Sassari, Ramon de Montpaó, e quello di Villa di Chiesa, Pere de Libià, delle cose di cui al doc. 192.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, ff. 391-391v.
Citato in J. ZURITA, *Anales de la Corona de Aragón*, 3, libro VI, cap. LXIX, p. 252 e cap. LXX, pp. 254-255.

*195

<1326, agosto 28, Barcellona>

Il re Giacomo II informa il giudice di Arborea delle cose di cui al doc. 192.

Citato in doc. 192.

196

1326, agosto 28, Barcellona

Il re Giacomo II informa Federico e Giovanni Malaspina delle cose di cui ai docc. 185 e 192.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, f. 391v, 2°.

197

1326, agosto 31, Barcellona

Il re Giacomo II scrive a Felip de Boyl sulla questione di Azzone Malaspina. Il sovrano ordina di procedere contro Sassari se questa avesse tentato una qualche ribellione contro l'arresto del marchese, provvedendo eventualmente anche alla cattura dei familiares del Malaspina in Sardegna, stimati nel numero di undici.

Copia di registro [R], ACA, *Cancellaria*, Reg. 342, f. 393, 1°.

Iacobus et cetera. Dilecto magistro rationali curie nostre Philippo de Boyl, regenti officium gubernatoris generalis regni nostri Sardinie, salutem et dilectionem. Per alia litteram nostram vobis latius scribimus informantes vobis causam ob quam nobilem Açonem marchionem de Malespina, qui ad has partes venerat, retineri iussimus et ad vos sub custodia ordinavimus transmittendum, ut quod per eum nobis et inclito infanti Alfonso, karissimo primogenito et generali procuratori nostro, comiti urgellensis, conventum et premissum est super castro [...] effectualiter compleatur, prout in dicta littera nostra quam vobis Gueraldus de Alosio, lator presencium, exhibebit videbitis latius contineri. Sane in eo preposito profiscentes volumus vobisque dicimus et mandamus quatenus in dicto negocio vos habeatis iuxta dicte nostre littere seriem et tenorem. Et nichilominus si forte, quod non credimus, universitas civitatis Sassari, prestita dicta retencione predicti marchionis, eam occasionem rebellionem aliquam imeterint vel contra nostrum dominium novitatem facere temptaverint, vos in hoc casum nedum ad retinendum captum dictum marchionem, verum eciam ad capiendum illos de familia sua qui cum eo ad partes Sardinie accedunt, quos audivimus esse undecim numero, protinus procedatis, ipsosque omnes captos et bene custoditos teneatis donec nos et inclitus infans Alfonsus predictus inde certificant vobis super eo aliud dederimus in mandatis. Datum Barchinone, pridie kalendas septembris, anno Domini millesimo CCC XX sexto.

Bernardus de Aversone, mandato regio.

*198

<1326, settembre 16, Castell de Càller>

Azzone Malaspina scrive ai fratelli Federico e Giovanni delle vicende che avevano portato al suo arresto ed alla sua detenzione nelle carceri cagliaritanee.

Citato in doc. 200.

*199

1326, settembre 17, Castell de Càller

Azzone Malaspina scrive ai fratelli Federico e Giovanni, chiedendo loro di consegnare il castello di Osilo a Guerau d'Alos.

Citato in doc. 203.

200

<1326>, settembre 17, Osilo

Federico e Giovanni Malaspina scrivono al re Giacomo II, in risposta a delle missive regie (cfr. doc. 196) relative alla consegna del castello di Osilo a Guerau d'Alos e alle trame di Azzone dopo l'ambasciata in Catalogna cui era seguito l'arresto del marchese. Federico e Giovanni Malaspina riferiscono di aver ricevuto delle lettere di Azzone da un suo nunzio un giorno prima che venissero recapitate loro le lettere suddette del sovrano e, appresa la vicenda, i due marchesi si erano precipitati a Sassari presso il podestà col proposito di adempiere a quanto promesso da Azzone in Catalogna. Tuttavia i due marchesi non erano riusciti a conferire con il podestà, che li incontrò successivamente ad Osilo consegnando loro le predette missive regie. Federico e Giovanni Malaspina si erano dichiarati pronti a consegnarsi prigionieri fino a che non fosse stato rispettato quanto promesso da Azzone, ribadendo la totale fedeltà alla Corona aragonese.

Originale [A], ACA, *Cancelleria, Cartas Reales Jaime II*, n. 4.112, caja 33.

Nel verso: «Serenissimo domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Sardenie et Corsice, comitique Barchenone ac Sante Romane Ecclesie vexillario, admirato et capitaneo generali».

Rispetto alla datazione cfr. doc. 196.

Serenissimo eorum domino domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Sardenie et Corsice, comitique Barchenone ac Sante Romane Ecclesie vexillario, admirato et capitaneo generali. Fredericus et Iohannes, marchiones de Malaspina, se ipsos ad pedes cum omni reverentia et subiectione tan debita quam devota. Vestre regie magestatis recepimus literas reverenter ut decuit, die martis sextodecimo mensis setenbris, quibus inter cetera continetur videlicet quod facta fuit investitura vestre autoritatis potentie Aççoni fratri nostro per inclitum dominum nostrum dominum infantem Alfonso, vestrum primogenitum, atque generalem procuratorem et Urgelli comitem, tan de castro Osuli quam de terris aliis quas ipse et nos obtinemus in regno Sardenie. Et facta investitura, homagium recepit ab eo, tenendo dictos castrum et terras in feudum perpetuo, sub certo servicio, a vobis et vestris, cum promiscionibus et pactis per dictum Aççonem factis de dando et tradendo vestro nomine et domini infantis predicti, dilecto vestro militi Gerardo de Aloxio castrum Osuli supradictum, tenendum per eum tam libere quam potenter, absque temporis prefnitione quandocumque vos et dominus infans predictus volueritis restituendum eidem, cum de vestra processerit voluntate, prout in pactis inatis plenius dignoscitur contineri. Et quia dominus Açço prout coram dicto domino infante conditum extiterat, simul cum dicto Gerardo, in navi Bernardi Balistrarii, civis Barchenone, debebat recto itinere ad regnum Sardenie accedere, pro dicto castro tradendo et aliis que promiserat adinplendis et qua de causa nescivistis inductus, suum ad dictum regnum continuum denegavit accessum, adserens primo velle ad partes Italie se conftere. Sane quia in hoc a pactis que inuerat deviabat, vos ad hoc ut dictus Açço que promisserat adinpleret, curiali et decenti societate, vestra duxerat dominacio comictendi, cum qua pro adinplendis promissis per eum ad regnum se transferat supradictum, et iusta pacta et homagium ab eo prestitum, tradito dicto castro suprascripto Gerardo vestro nomine recipienti et domini infantis predicti, ipso Azo libere plena libertate fruatur. Et quia nulla alia causa vel ratio vos induxerat ad faciendum predicta quam superius declarata, cuius culpa hoc sibi evenit qua superius est descriptum, et illud de magna ratione facere poteratis ut idem Açço que promiserat et proprio homagio roboraverat observaret. Quare cum dominationi vestre^a nobis placuerit significare predicta licet indignis a tanto domino quanto estis scribi

nobis vestris fidelibus minimis et subditis sicut sumus ad hoc ut premissa nullam admirationis materiam nos inducant. Sic vobis cum subiectiva et humili reverentia respondemus cum simus sine dubio certi quod culpa Azzo venerit quod accessit eidem et quod nunquam casu aliquo a curis tramite deviasis non possimus de pie dictis aliqua admiratione moveri, imo sumus omni admiratione remoti. Et quia dictus Azzo nobis nuncium proprium cum suis literis destinavit significando predicta de una die antea quam nobis litere vestre magnificentie fuerint presentate, deliberavimus, ipsis visis, incontinenti ire Sasserum ad dominum potestatem et eidem nos et nostra offerre tanquam persone que vestram dominationem in dicta terra Sasserii representat, intendentes observare et adimplere cum effectu omnia et singula per dictum Azonem promissa. Sed propter eventum cuiusdam nuncii de terra firma nobis destinati, qui eciam noster nuncius fuit pluribus domibus hospitatus cum vestro mazerio noviter ad partes Sardenie destinati, fuimus aliquantulum impediti, ita quod ora ordinata non potuimus accedere. Sed dominus potestas predictus, quia ad eius manus ante quam ad nostras nostre litere^b a vestra magnificentia nobis misse, vel causa alia sua curialitate, venit prope Osulum et ibi simul cum eo choloquium habuimus et fuerunt nobis litere vestre magnificentie presentate, quas reverenter recepimus iure debito leto vultu. Et dicto domino potestati obtulimus unus nostrum vel anbo sponte et libere si sibi placeret suis propriis recludi carceribus agenti et recipienti pro vobis quoad foret omnia et singula observata et adimpleta per Azonem promissa, quia ut promissit est nostra intencio infallabiliter observare. Intendentes puro corde et animo dum vivemus esse vestros et vestrorum fideles et irrevocabiliter perpetuos servitores, senper nos vestris pedibus comendamus et supplicamus ceu possimus reverenter quatenus vestris officialibus de Sardenia nos et nostra recomandare vellitis, ita quod nostra iura conserventur illesa. Nosque ad ea manutenenda choadiuvemur ab eis parati semper ad omnia vestra et domini infantis beneplacita mandatorum.

Datum in castro Osuli, die XVII setembris.

^a in *sopralinea* ^b in *sopralinea*